

Diese Abzug. W.

Ans.

22

Be

Pars II

PROTEI CUM PHOCIS, CETIS,

De *Carpathi insulæ & Coparum Bœotiae*
civitatis rebus antiquis:

In Philosophos & oratores, græcos, Judæos,
& Christianos;

In

Platonem, Plutarchum, Herclidem Ponticum; Lucianum, Philostratum, Julianum; Philonem Judæum; Clementem Alexandrinum, Hieronymum, Augustinum; Bochartum; Cælium Rhodigirum, Natalem Comitem, Crœsum; Eustathium, Spondanum, De la Cerdâ, Ruæum, Græcos, Gallos & Hispanos Homeri &
Virgilii interpres:

Ex historia & geographia veteri, in bonarum literarum lucem :

recensente

A. MDCCXIX. mense Septembri

HERMANNO von der Hardt/

Academie Juliae Seniore
& Præpos. Mariæ.

Helmstadt,

Typis SALOMONIS SCHNORRII,

A. MDCCXIX.

n. 12.



* * * 2 * * *

Antiquitatis luci serena!

Dedimus superiori anno 1718. mense septembri *Gorgone cum Phoreo & Grais*, ex veteri historia & geographia. Dedimus hoc anno, mense Julio *Herculem ex Carcharia*. Dedimus proximo mense *Augusto*, *Protei cum phocis, cetis, partem primam, in vetustorum quorumvis autorum lucem*, postquam in tenebris millenis haeserant annis. Damus nunc & alteram de *Proteo & cetis partem, in mythorum veterum vel nuncios vel interpres*: ut pelluceat, quod mentem majorum, vetusta græca gentis, non penetraverint, non sua negligentia, sed seculi caligine & obfuso fatu. Institutionis & formanda juventutis sereniorum hæc tempestas spondet fortunam: Quæ optimorum quorumcunque autorum, *veteris orbis pes* & vitam, ex curatore illorum interpretatione, pro illorum mente & scopo, justæ tandem expectat.

Proteum excipiet *Arion*, dulcissima quondam musica inclitus, *citharoedus cantatus, vetusti orbis decus, delphine, ceto perhumano, in mari vetus*. Cujus gemina scena. Prima: Quando Ceres, mater ejus, & Neptunus pater equos se finxerunt, genueruntque *Arionem equum* generofissimum, heroibus pergratum, in his & Adrasto & Herculi, Altera: Quando *Arion citharoedus factus excellens, Corinthio in Italiam abiit, artem suam ibi exercitatus*. Qui, opibus ibi collectis, Tarento reversurus Corinthum, a nautis, qui reculis ejus musica acquisitis inhiarent, compulsus, ut cum cithara sua e navi in mare profiliret canens. Quem delphin suo mox exceptit tergo, & musica viri in undis inter vehendum delectatus, longo ex italia per fluctus itinere, ad Tanarum Laconicum promontorium exposuit salvum. In quam admirabilem historiam antiquitas monumentum ibi posuit æneum, *Arionem delphini insidenteum*, cum scita inscriptione, in perpetuam & nostram memoriam. Scr. in Acad. Jul. A. 1719. d. 22. Sept. Amoso publica recensione absoluto, Arione in Amos IX, 13, canente:

*Molli paulatim flavescat campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.*

CAP. I.

In Platonem & Plutarchum.

In Proteum haud raro incidit Plato, certo ubique indicio, quod non scopum Homeri perspexerit, sed externæ scenæ traditionem unice attenderit. In *Ione*, f. 148. in colloquii parte adversa illum, qui de Homero, num arte an afflatus quedam numinis scriperit, ambigue pronunciet, tanquam Proteum varium varie mutari, sursum deorsum in omnia se vertere affirmat. Quæ non nisi applicatio externæ scenæ Protei ad vacillantem disputantis animum.

In

In sui ævi Sophistas inventus subinde severe, in *Euthydemus*, f. 221, ita id genus hominum carpit: *Nolunt data opera suam ibi nobis ostendere sapientiam, sed Protei egyptii illius sophista more præstigio quibusdam fallant.* Traditionis hæc commemoratio atque applicatio pro externo veteris scenæ sensu, non Homeri, ex mente ejus. Quomodo & modus in Sophistas a-gendi, ex imitatione Menelai, non pro veritate historiae, sed pro vulgata narratiuncula, definitus: *Menelaum igitur imitemur*, inquit, *neque mittamus ante, quam aperiant, quid animi gerant.*

De republ. l. 2. f. 43. Deum non mutari asseverans, male precatur il- lis, qui deos canant formas suas subinde mutare, & diverso habitu homi- nibus apparere, urbes invisere, & quæ his paria. *Nullus*, inquit, *poëtarum nobis dicat, deos hospitibus similes variis in formis urbes adire.* Citra poëtarum theatra belle Plato. Sed non obvium Platoni, veterum poëtarum formas diversas, diis tributatas, non ad substantiam divinitatis pertinere, sed ad populorum, qui illorum deorum nomine designati, variam fortunam, consilia diversa, qui aliorum populorum etiam nomen & gentem simu- lare fuerint in negotiis civilibus conficiendis, quæ mera politica ratio. Hac occasione & Proteum ferre nequit: *Neque aliquis de Proteo, ait, & Thetide similia mentiatur.* *Neque in tragediis aut aliis poëmatibus inducat Junonem, in sacerdotiis speciem permutatam.* Inachi Argivi fluminis filio vita donata, mu- nera colligentem: ceteraque talia nemo audeat fingere. *Neque matres vanis his fabulis puerosterreant, deos quosdam nocte vagari, peregrinis quibusdam, variis sub formis, persimiles;* ne simul & in deos male dicant, & ipsos pueros timidiiores reddant. Quod fictionum divinarum genus acerbe perstringit. Neque vero integrius quid asserere de veri dei natura potuisset Plato, pro rei publicæ commodo, & juvenum educatione. Dissuadetque merito hæc talia publice ostentari & in scenas produci. Verum, hæc omnia denuo æstimanda ex communi populi existimatione, quam unice in oculis ha- bet Plato, qui ipse ultra scenam & larvam externam non penetrare do- Ætus erat. Non itaque metitur illa Plato ex mente prisorum Poëtarum sed ex plebis & sua externa phantasia. Tales fabulae in populo reipubli- cae quam pernicioſissimæ, Platone recte asseverante. Quod si Plato co- gnovisset primævam Homeri aliorumque Poëtarum mentem & senten- tiā, nequaquam intermisisset illam exponere atque detegere. Quæ validissima fuissent argumenta ad falsos populi lusus detegendos, & imi- tationem dissuadendam. Felicius detexisset originem traditionum, hi- storiarum veterem vestitum, qui ab imperitis in superstitionem sit ver- sus. Eoque pacto larvas de variis deorum formis omnium animis exe- misset promptius & constantius. Sed Platoni non licet esse tam beato in beata sua republica. Qua ratione Plato Homeri interpres, mille in lo-

cis, tantum non ubique, non tam iniquus, quam infelix, qui ultra theatri spectaculum non introspexerit, per ævi sui infelicitatem. Non injuste proinde Platonem hic compellaveris, ut ille amicum suum confabulantem : ἀποχωρεῖσθαι τὸν πεπεινόν, παντὸς γῆγεν, τοὺς Φέρμφρούς ἀνηγκάτω, Prorsus Protei in morem in omnem te speciem vertis, sursum ac deorsum te volatans, nescius interim quo te vertas.

Plutarchus, philosophus Platone non ignobilior, nec ingenio inferior, Proteum non ex historia metitur, sed ex scena fuso, quare in amicos fucatos illum ablegat, *Libro de amicorum multitudine* f. 97. Inconstans amicus est Proteus quidam, infelix, neque bonus, qui subinde prestigios quibusdam ex alio se in aliud transformet; legat cum iterarum studioſis, in arena, sit cum palestræ deditu; venetur cum venationem amantibus, cum ebriosi potet, cum civilibus comitia obear, neque proprios habeat suarum actionum lares. Sicut philosophi materiam forma ac coloris expertem, ut subjectum, sui mutationibus ajunt modo incendi, modo humectari, & alias in ærem dissolvi, alias condensari, ita amicorum multitudini subiecere oportebit animum multiplicem, versatilem, mobilem & facile mutabilem. Cui amicitia fuso, & inconstantia fraudi, velut Proteo, opponit constans amici pectus, uniforme: *Amicitia stabile requirit quidquam, & immutabile ingenium, quod eandem retineat consuetudinem.* Ideo rarus & inventus difficilis est constans amicus. Commode ad Protei imaginem, non ad Homeri mentem, quam non animadvertis Philosophus, ut nec unquam alibi. *Libro de audiendis poëtis*, f. 15. 16. sqq. gloriam poëtarum ponit in mendaciis & fictionibus, non discernens fraudem scenæ ab ignorantia. In illa plurimum artis est, quæ pingere docta & effigiare, plurimumque scientia. Nec poëtarum solum est, iconibus formandis peregrinas species sistere, sed & haud raro oratorum, qui comparando scitissime mentiri docti. Simulare poëtarum est, pingere, quod necessario fit coloribus. Quomodo omnis pictura mendacium est. Neque enim pictura hominem aut brutum sifit, sed colorem ejus. Quod si hoc est mentiri, & poëtarum est mentiri, quod non negant, sed sponte profertur. Sed sub poëtarum imaginibus æque latet veritas, ac imagine humana effigiatus homo. Ceterum Plutarchi astate, quid sub fictionibus poëtarum lateret, non animadversum.

CAP. II.

In Heraclidem Ponticum.

Quo hic propior atati Platonis & Aristotelis, quorum fuit auditor & lector, tanto videri queat ex illorum scholis pleniores hausisse Homeri aliquumque poëtarum cognitionem. Verum uterque, Plato & Aristoteles, philosophi, in scholis poëtarum non instituti, hospites in veterum mythis, **Q**uamobrem Heraclides hic Ponticus ex suis illis præcepto-

ceptoribus nil haurire potuit, quod ad Homeri penetralia pertinebat. In *Allegorio* igitur Homeri tam a scopo remotus, quin plane ineptus, ut non nisi ob orationis puritatem pretium impetrasse aliquod dici possit. Οὐ τοις περιτίως, λόγος ἔτοι πολὺς ἐνταθεῖς Ταῦτα Μενέλαος, τινὲς ἐξ αποτάσσεντος ἐνθυσίους ἔχει Φαντασίας, πάντα μυθώδης, *Sermo de Proteo*, *prolixus a Menelao*, *Odyss. 4. recensitus*, fallaces gigantēs ideas, plane mythicū. Nescit Heraclides, quid grācis μύθος fuerit, non fabula, sed historia & res gesta, eleganter effigiata, quaet suo modo fabula dici potest, cum fabula in se sit narratio, uti μυθεῖται est dīcere, loqui. Heraclidi vero μύθος hic falsi vim habet & ficti; quod a vero prisco vocum usu remotum. In rebus Protei describendis a capite ad calcem impingit: γεγονέντες ἐν τῷ αἰγαλῷ φυτοῖς ἀθλιον ἔποικον, fuisse eum in ægypti insula infelicem incolam. Ægypti insula huic Pharus Alexandriae, quo fallitur, cum insula fuerit Carpathus sedes ejus. *Inferelix insula incola*, nulla historiæ fide. Εἰς αἴγανά τε μέτρα πιμωχήσας παρελαύδηρον, qui perpetui pennis fuerit obstrictus. Nihil horum de Proteo. ὁ Κλεόντης οὐδὲ θελαρίης κοινὸς, qui in mari & terra degerit: Heraclidi omnia ex sensu externorum usu. Αποχειρεῖς ὑπνεις οὐτοις Φαντάσιοις, τιμερεῖς cum phocis dormiens. Miser Heraclides vere inter phocas dormiens, qui nec quid Homero phocæ vidit nec quid inter phocas sedere aut dormire. Ινα διπλοὶ πολάριται, ut ibi cruciare:ur. Cruciat Proteum Heraclides, qui nec Proteum cognovit, nec Protei regimen. Sibi somnia singit, inter phocas sepultus. In filiam Edotheam invehitur Heraclides, quod hospiti Menelao, per injuriam & proditionem patris Protei, beneficium exhibuerit. Nec pervidit Heraclides quid filia poëtis, quid hospites, quid beneficia in hos. Neque ulla injuria in Proteum, hospitibus viam monstrare ad suam libertatem, juste obtinendam. Postea vincula Proteo injecta, ut & πολυπάσχοντο εἰς ἄποντα βάθλετα περιτίως μεταμορφώσεις, Protei ars, in quascumque formas se mutandi, ποιησοι καὶ θεάσαιο μύθοι δούσον, omnia poëtica & monstrosa videntur fabula. Putat autem, cœlesti mente illa divina Homeri mysteria posse considerari, nempe ut *physica* pinxit credatur.

Existimat, Proteum esse primam rerum omnium indivisam & indistinctam substantiam, quando cælum, terra, aer, maria, nondum segregata & discreta fuerint. *Hac fabula*, ait, primigeniam universi originem constituit, qua omnes mundi partes confirmatae, illam quam nunc videmus speciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & caenosus, nondum discretis rerum notis integratam sua forma adeptus. Nam nondum tellus centrum suum profundum rerum omnium stabilierat, neque cœli perpetuus motus certa sede volvebatur: Sed omnia sine solis usu immota, tristisque silentio depresso languebant. A lînd exstebat nihil, quam informis diffuse materia sognities, antequam principium illud, a quo producta & constituta sunt omnia, salubre vim modum deponens,

mundum mundo redderet, cœlumque a terra & pelagus a continente distingueret.
 A quo tempore primum clementa quatuor, ex quibus eeu radice ac generis principio nihil non gignitur, ordinem suum ac formam acceperunt. Hic Heraclidi Proteus, dum nondum mutatus. Verum, quod nihil ex sacris Juðorum hoc transtulerit Heraclides, hic facile largientur, qui ex Platone superiora accepta meminerint. At vero illa poëtarum dogmata de primæva indigesta mole, non substantiam orbis attingunt, sed historia sunt de rebus græciæ vetustis, quando ille græcorum orbis nondum in provincias digestus, nondum per certa regimina distinctus, donec cuncta in ordinem redigerentur, pro imperiorum aptitudine. Quomodo Ovidii primæ origines, non orbis universi sunt efformationes, sed græcarum rerum vetusta fata. Heraclides adeo, vel cum Platone, non penetravit poëtarum de primordiis rerum simulacra. Multo minus huc Proteus vel ab Homero vel alijs perraðus, cujus parentes, familia, uxores, liberi, negotia, temporibus Herculis sunt æqualia.

Edothea, Protei filia, est Heraclidi illa divina providentia seu illud Numen, quod informem prius indiscretamque materiam certis formis obsignavit. Quod putat ex eidœnas appellazione colligi posse, quod illa eidœnas énâs jeav, idea seu forma cuiusvis inspectionem exhibuerit. Non sensit Heraclides, quid diis pœiarum marinis, eorumque familiis, uxoribus, liberis, filiis & filiabus, prisci autores indigitaverint. Et Proteo filii filieque plures. Dein Heraclides praterit phocas, quas non tangit, forte amaro deterritus odore, quas ad primam illam massam aptare nequiret. Varia dein Protei forme, sunt Heraclidi, postquam Proteus prius una fuerat natura, quando multa ex eo species sunt formatæ. Leo illi animal igneum ather est. Draco illi tellus est, utpote indigena & terra natus. Arbor quevis cum augeatur, & a terra semper in sublime nativo motu feratur, symbolum illi aëris est. Aquam vero, ut anigmati vim demonstraret Homerus, aperte ab illo aquam fuisse dictam. Proteus igitur illi informis materia, Eidothea providentia, qua singula formam effigiemque suam dederit, & universam molem ab utrisque discretam in continuas sibi & perficientes mundum partes divisorit. In omnes se vertit formas Heraclides, si qua aliquam Protei invenire queat. Quatuor elementa illi in leone, dracone, arbore, aqua. Sed quod elementum in sole, qui jam ante Protei formas, quando sol medium jam confundit cœlum? Adeoque jam ante illa Heracidis elementa corpora extiterunt cœlestia, erant venti, procellæ juxta Homerum, erant jam maria, erant phocæ in mari.

Quæ Heraclidi insula Protei allegorica in rerum naturalium foro? Probabiliter & insulam, in qua hac facta sunt, Pharam appellavit. Nam Φέρσα generare significat. Et Callimachus sterilem terram ἀφάνων dixit, ἀφάνω-

tū

τὸν οὖν γυνὴν, i. cū mulier sterilis. Itaque naturaliter locum, parentem rorū omnium, nuncupavit Pharus, per vocis etymologiam a fecunditate dulcam quid sibi velle insinuans. Quasi vero uno aliquo in loco sit velut ab homine facta digestio elementorum atque segregatio. Nescit Heraclides quo insulam & se vertat.

Et epitheta duo Protei, quod senex, & quod marinus, quid Heraclidi? Senectus antiquissimam & primitivam substantiam denotat, & a temporis politia materies informis commendatur. Atqui & reliqui dii marini senes, Phorcus, Nereus, &c. ἄλιος vero marinus cognominatur, non sane ut mari- xum demonem ac inter undas viventem intelligamus, διὸ τῆς ἀλίος, i. e. a mari, sed aliquid ex multis variisque rebus congestum & accumulatum. ἀλίσεν enim congregare sonat. Sed & multi marini dei, adeoque omnium idem argumentum? Non vidit mare poëtarum, oceanum horundem, adeoque nec deos eorum marinos.

Sed, cur denique Proteus verax? Quid illa, inquit, substantia verius, ex qua omnia genita sunt? Sed excidit Heraclidi, non verum, sed veracem aut veridicum dici, idque a præfigis. Quæ obsecro vincula Proteo injecta? Sillet Heraclides, quia illa metuit. Nihil in Heraclidis Pontici allegoris, quod vel micam referat falsis ex Homero, tam longe ab Homeri aberrat scopo.

Mentem Heraclidis Pontici, in Proteo in natura substantias diversas vertendo, ut περὶ νέας sit τὸ πρῶτον, primum existens, materia ante formam existens, fusius prosecutus est *Natalis Comes*, l. 8. f. 557.

CAP. III.

In Lucianum.

Hic, quotiescumque Protei meminit, & se vertit cum Proteo. Tomo I.
In Colloquio Menelai & Protei, p. 231, ut habeat pro more quod rideat, omnes Proteo formas concedit, præter ignem, eo quod simul aqua & ignis esse non potuerit. Ut in aquam converti te, Proteo, incredibile adeo non est, marinus usque cum sis: Etiam arborē fieri, tolerabile: præterea & in leonem aliquando mulieris licet, tamen neque hoc supra fidem est. Quod si autem & ignem fieri te possibile est, hoc omnino miror, neque adducor ut credam. Vero non absimile, Lucianum veterum mentem vidisse; sed pro illius genio, affolet, ut occasionem habeat comtae & jucunda orationis facienda, dubium movere. Nec enim multi scriptores græci sequioris ævi scripsere veritatis cuiusdam docenda & illustranda gratia, sed ostentationis ergo, ut vel dictioris ornatum, vel ingenii aciem demonstrarent. Quibus adeo sufficit, dixisse quod elegans & lectu jucundum, tametsi vel aliter sentirent, vel res aliter se haberent. Exercitia illa, non doctrina: nec scopus veritas sed gloriola. In his & Lucianus, ut Philostratus junior cum suis Iconibus. Dubium igitur Luciani de igne per se exspirasset, si quis dixisset,

dixisset, non simul omnia sed successive in Proteo illa comparuisse. Præterquam quod nihil physici Proteo tandem videatur tribuisse, qui sciverit oculis spelantium illudere. Sed & hoc Luciano pro orationis exercitio, si fuit memor, reapse nihil in Proteo talium foris fuisse reperatum, sed scenæ esse poetica artem.

Non dissimilis lusus *Luciani*, quando Tomo IV. libro de Saltatione, p. 106. Proteus illi saltator. Quod repetit Cælius Rodiginus, Lect. Antiq. l.3. c.3. f. 112. Verum illa fabula, ait ille, *Proteum agyptium nihil aliud quam saltatorem ὀγκυστὸν fuisse eximum, mihi plane confirmare videtur, hominem effingendi imitandique peritum, quique semet in varias rerum facies demutare & transformare potuerit, ut modo in aquas tenues abiret imitando, modo ignis celeritatem & vehementiam agilitate corpori, mox leonis immanitatem, ac pardalis imperium, dein arboris motum flexibilem, postremo in summa quicquid collibusisset, exprimeret.* Ceterum fabula eas Protei proprietates ad inusitatiorum opinionem detorquens, eam ejus naturam fuisse commentata est, quasi ea ipsa quoque fieret, quacunque saltandi artificio imitaretur. *Qua facultate & eos, qui hodie saltationibus navant operam, preditos esse animadvertisimus, videasque illos eodem tempore diversissimis modis immutari ac plane ipsius Protei esse emulos.* Vel simulavit hanc saltatorum artem *Lucianus*, ipse tum Proteus tum saltatore egregius, vel poetarum scopum non animadvertisit. Illud probabilius.

Quæ in libro de morte peregrini, de Proteo prolixe meminit, spectant ad novum sui ævi hominem, philosophum cynicum, illo nomine cantatum, qui semet in Elide commiserit rogo præ arrogantia. C. infra in Philofrato.

Tomo I. in Navigio p. 859. rerum marinorum peritum dicit Proteum, quo alium describit peritiorem. Quomodo illi omnia, nunc hoc, nunc illud, ut congruit. Ex actionibus nempe virorum aut deorum apud poetas, posteri formas loquendi petere soliti, quas ad' res quascunque ferrent, ut luberet, phrasium saltem aut proverbiorum loco. Ita hic, θαλάττεια σοφὸς ὑπὲ τὸ πρωτέα, rerum marinarrum supra Proteum doctus. Nulla hic cura mentis primævæ apud Homerum, quod illi mare, qui dii marinæ, qui maris periti, sed usus phraseos & externæ formæ in poetarum scena. Phrases & proverbia non ex mente sed ex scena.

Similiter Tom. III. de sacrificiis, p. 86. Jovem ipsum appellat mutabilitem Proteo, ποιηλότερη ώπτε πρωτεώς, iterum ex phraseologia scenarum poeticarum, in quibus Jupiter in varias res mutatus pingatur. *Nunc in aurum, nunc in taurum, nunc in cygnum aut aquilam versu, ὥλως ποιηλότερη πρωτεώς, plane Proteo variabilior.* Quæ ex scenis poeticis petita mutationis Jovis exempla, si pervidit *Lucianus*, dissimulavit, fin, externis theatris æstimavit. Neque enim Jupiter in ipsis negotiis nisi Elei, Pisæi. Horum Pisæorum consuetudo, in coloniis formandis, in expeditionibus con-

9

conficiendis, passim simulare aliorum populorum habitum, nomina, moresque. Quæ cantata mutatio.

CAP. IV.

In Philostratum.

Apollonii Thyanensis vitam scripturus, lib. i. c. 4 f. 6. comparat Apollonium cum Proteo. Fingit, pro arte sua, *matri utero Apollonium gestanti spectrum apparuisse ægyptii dei, Protei, qui apud Homerum in varias se vertit formas.* Ex vulgata traditione Philostratum de Proteo loqui haud obscurum, qui ex scena externa omnia recenset. Nec enim alioquin Proteus vir unus erat, sed *totus cætus.* Dein *ægyptii dei* nomen huic deum a frum designat, cum *Bæotia* sit *Thebarumque character.* In *varias formas* quod se mutaverit juxta Homerum, non propriè iterum, sed politice accipiendo fuerat, quod Philostrato hic crasse placet. Longissime igitur Philostratus ab Homeri sensu. Spectra vera Philostrato.

Illa vero, Apollonii mater, nihil territa, quemnam paritura esset, interrogavit. Ille, me, inquit. Tu vero quis? illa dicens: Proteus sum, respondit, deus ægyptius. Hæc demum vera de Proteo renascente fabula. Finxit Philostratus, dicendi artem ostentatus.

In Protei dein encomia digrediens, pro Apollonio commendando, *Quanta, ait, sapientia Proteus fuerit, quid dicere attinet præsertim apud eos,* qui ex poetis didicerint, *ως μνηστὴ τε ἦν, quam versutus fuerit, & aliis semper, & quam capi non poscit, utque scire omnia, tam facta quam futura, sit creditus.* Universa pro externa scenæ effigie, cuius latenter scopum non videtur pervidisse Philostratus; ut oratoribus satis fuit, ex poetis affere singula pro apparente foris conspectu, quæcunque poetarum esset recondita sententia.

Proteum dehinc Apollonio postponit: *Protei nunc oportet maxime meminisse, cum progressu orationis ostendat, Apollonium longe plura quam Proteum præcisivisse, atque multis ambiguis & difficilibus rebus esse eluctatum, ubi vel maxime ad incitas esset redactus.* Comparatio scenica cum scenico Proteo, quando hujus res veras non cognovit Philostratus, & illi affingit quæ non extiterunt. Non solum poeta, sed & oratores singere docti, encomiis & vituperiis, in utrisque vana plurima, fucata & ficta.

Eusebius in Philostratum aut Hieroclem, f. 435. seq. fabulam eandem verbo tenus refert, sed absque censura dimittit. Nec enim Eusebio Homeri sententia fuit perspecta.

Flavius Philostratus, in Vitis Sophistarum, lib. 2. f. 593. Pollucis Neucratitæ doctrinam illustraturus, exemplum afferit ingenii ex sermonibus ejus de Proteo: *Proteus Pharius, miraculum Homericum. Multa quidem ejus & diversa forma. Ut aqua enim attollitur, ut ignis accenditur, ut leo excandescit,*

● ● ●

at aper impetu fortur, ut draco incedit, ut pardalis micat, factaque arbor frondescit. Scena externa repetita, cuius vim & metu nec Pollux ille nec Philostratus penetrarunt. Secutus Pollux morem communem, allegandi ut videntur, non ut sunt, loquendique ore vulgari.

Meminit & hic philosophi Cynici, Protei, quem supra attigit Lucianus. Hujus maledicentiam quam riserit Herodes non injucundum auditu ex lib. 2. f. 563, ut adversus convicia Herodes Atheniensis philosophus animo fuerit fortis, ea docebunt, que ad Proteum Cynicum aliquando Athenis dixit. Erat hic Proteus ex eorum numero, qui audacter adeo philosophabantur, ut se ipsum olympie in ignem injecerit. Insectabatur autem Herodem conviciis, semibarbara cum lingua laceiens. Conversus itaque Herodes: Esto, inquit, maledictio me incessis. At quid vero vel ita facis? Cum instaret porro convicio Proteus. Consentimus inquit, in quidem mihi obrectando, ego vero audiendo. Ostendens, audire se quidem, sed ridere: Quod persuasum haberet, convicia falsa ultra aureos non procedere.

CAP. V.

In Julianum.

IN Epistola ad Jamblichum philosophum, operum Juliani Imperatoris fol. 406. comparat hunc Julianus, ut ceteri aliis excellentibus priscis viris, ita & cum Proteo, illumque huic praefert: *Ajunt, Proteum illum egyptum se in variis formis commutasse, quasi veritum, ne imprudens hominibus requirerentibus sapientem se esse demonstraret. Ego vero, sicutidem sapiens fuit re ipsa Proteus, & is, qui multas res cognosceret, sicut uult Homerus, de scientia encomienda, de ingenio non laudo: Non enim viri boni & liberalis sed impostoris improbi officio fungebatur, cum eo se occultaret, ne hominibus prodesset. Judicium Juliani de Protei vel scientia vel animo malo, partim mera scenæ externæ momenta, partim contra Homeri mentem Proteo affecta. Non animadverdit Julianus, cum aliis philosophi sui avi, quis Homero Proteus, non vir sed gens, quaerens facta, non personæ sed regiminis. Dein de Protei, in formas abeuntis animo, quod noluerit dicere verum, ex scenæ externæ lusu sunt conjecturæ vanæ. Prudentia regiminis effigiata in toto regimine Copaito, non in persona dissimulandi veri studium. Nil vidit Julianus in Proteo amplius, quam populus, quod est nil ultra scenæ spectaculum.*

Unde & Jamblichi commendatio, qui Proteo melior, tam fragili fundamento imposita: *At te, Jamblichum, quis non jure admiretur, rum quod Proteo sapientia laude non cedat, tum multo magis, quod consummatam virtutem adeptus, ea quibus abundas, bona nemini invides, sed instar nitidi soli, tuos illustres radios in omnes emitis, non modo presentes docendo, sed etiam absentes, quoad licet, scriptis tuis ornando. Fabula, reliquiis scenæ, fultum grande elogium ex prerogativa praet Proteo, quem nec Julianus nec Jamblichus cognovit.*

cognoverant. Sed ut sit, allegantur pleraque in vita & scriptis non ut sunt vera, sed ut vel apparent, vel existimantur.

CAP. VI.

In Philonem Judaeum: Et inter Patres, in Clementem Alexandri-num, Augustinum, Hieronymum.

Intra Judaeos quia Philo disciplinis græcis fuit imbutus, novit Proteum, sed facie, non pectore; Mores illius externos, scenæ accommodatos & theatro inservientes, transformare scivit in mores quoque corruptos in orbe obvios. *Libro de Temulentia f. 245.* illos, qui vulgaribus opinionibus trahuntur, comparat cum Proteo, in omnes formas rapto. *Qui vulgaribus opinionibus ducti, & per multimoda vita studia in omnigenas formas mutatur in morem egyptiæ Protei;* ὃς τῷ πάντῃ οὐαὶ τῷ πάντῳ περιέλεγχοι γίνεσθαι, τῷ αληθεῖς αδηλότητοιν ἔχει εἰδοῦ, qui quod ingenio effet versatili, nullam veram certamque habebat speciem. Traditione nixus Philo, fundum non perspexit: Interea rerum effigies solerter composuit. Admisit, καὶ τὸν θεωπον dissertationes, opinionem vulgatam, ut opinionum vulgarium sectatores effigiaret. Ut omnino ore licet uti vulgato, pro vulgo convincendo.

Similiter, *de Legatione ad Cajum, fo. 1003.* perditos Caji mores descripturus, qui solitus omnium numinum insignia per vices ostentare, quasi idem cum illo numine jaclato factus, aut futurus, *Proteum in Cajo exprimit:* οὐδὲ τοῦ θεοῦ δοξαν. οὐδὲ σώματος σώσια μετασχηματίζειν. Εἰ μετασχηματίζειν εἰς παλιντροπινούς μορφάς, αἰρυπτίς τετρόπον περιτταῖς, οὐ εἰσηγαθήσει μεταβολὰς παντίσιας ἐνδεχομένου, εἰς τε τοῦ σωματίας, η ταὶ τέτταντα σώματα. *Quod magis mireris, unum corpus subinde transfigurabat in formas varias,* ut quondam Proteus ille egyptius, quem Homerius introducit

Omnia vertentem se in miracula rerum

Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquefientem.

Non male Caius in Proteo; sed Philo male edocetus de Proteo, cuius non nisi larvam vidit, uti universæ mythologia græca indolem non cognovit; Quod abunde liquet vel ex ipso hoc de Cajo libro, quo de Hercule, Apolline, Baccho, Mercurio, fuse disserit, sed longe a scopo remotus.

Si missa Homeri mente applicare illas veterum imagines animus sit in res morales, in Patrum ordine *Clemens Alexandrinus* id præstítisse animadvertisit, *Pedagogi lib. 3, f. 214.* in cupiditatibus affectus varios. In variis formis se mutat cupiditas, que plus quam Proteus, marinus dæmon, varius, nunc hanc, nunc illam, nunc aliam figuram suscepit, & ad libidines, stupra & adulteria allicit. Efficiturque primum leo barbatus. Cultum & ornatum adhuc retinens, virum esse barbae pili ostendunt. Post illa draco, vel pardus, vel sui magnus. Jam prolapsus est nimis cultum studium ad intemperantiam:

Non amplius fortis ferre similius esse homo videtur, sed humida lympha & sublimibus rami arbor. Effundunt se affectus, erumpunt in star aqua voluptate, flaccescit pulcritudo, & citius quam folia bumi decidit, quando amatoria ejus libidinis procella expiraverint, & priusquam venerit autumnus, marcescit & interiit. Omnia enim sit cupiditas & omnia effingit, & vult facum facere, ut occultet hominem.

Præclare omnia, non interim ex Homeri intentione. Applicatio proba, non explicatio. Illa mille fiat modis, pro cuiuscunque ingenio & arbitrio, scopo primo misso aut dissimulato: Hæc genuina uno constat modo. Illa facilis, hæc difficilis admodum.

Augustinus, l. 3. contra Academicos cap. 5. in Academicorum artes invectus, Sophistarum mores comparat cum Proteo: *Suam imaginem & quasi speculum quoddam in Proteo illo animadveri: oportere, qui traditur eo solere capi, quo minime caperetur, investigatoresque ejus nunquam eundem tenuisse, nisi indice alicuiusmodi numine.* Applicuit, non explicitum rem Protei, quam non perdit: Platonis sententiam, ut appareat, imitatus. Eodem tendit & *Basilii*, Sophiftas redarguens, cui Proteus Sophista.

Applicat Augustinus Proteum l. c. ad veritatem in carminibus: *Veritatem Proteus in carminibus ostentat sustinetque personam, quam obtinere nemo potest, si falsis imaginibus deceptus comprehensionis modos vel laxaverit vel dimiserit.* Applicuisse illi satis, vero Proteo ignoto.

Hieronymo Jovinianus in Proteo, & Proteus in Joviniano, ex animi inconstantia: Cum in vero Proteo variae figuræ non vitium essent, sed prudentia civilis, cuius immemor Hieronymus.

CAP. VII.

In Bocharium.

Phaleg, lib. 4. c. 24. f. 296. bona fide communis lectorum fascino in ægypti Pharo detinetur, Homeri Proteum intuitus charus Bochartus. Mistratus adeo grandem distantiam Phari ab ægypto, ex metro Homeri, hunc falsum palam pronunciat. *Trojanis temporibus creditur Menelaus Caribum appulisse, unde Pharus aberat solum centum & viginti stadiis.* Itaque falsissimum est, quod ab Homero traditur, a Pharo in ægyptum noctis & diei cursum fuisse, ad-eoque cursum navis, stridens quam ventus pone sequatur. Navis enim integrum diem vento secundo procedens, eoque stridente & avo, iter emetitur decuplicata longius, id est pro centum & viginti stadiis stadia mille & ducenta.

Quæ permagna distantia differentia. Pharus ægypti ab ostio Canopico distit 17. millibus Italicis, aut quatuor milliaribus Germanicis circiter. Ab Alexandria vero non nisi septemstadiis mille passibus, uno saltem millari Italico, vel quadrante milliaris germanici. Sed juxta Homerum, centum & uno atq; septuaginta millibus italicis vel plus quam quadraginta & duobus milliaribus germanicis, absuit ab ægypto. Quod iter navale unius diei probat Bochartus effato *Arisibidis, quem inspicimus supra, Part. I.c. 10.* Quam

● ● ●

Quam optimus vir procella Homeri agitur in mari ægyptiaco! non Homerum secutus, sed auram populi & scenæ umbram fallacem! immemor, non Pharum ægypti sed Carpathum ab Homero indicari. Hinc illi comunes lectorum & interpretum errores. Quamobrem recte pronunciavit Bochartus, falsissimum esse quod asseruit Homerus de situ insulae Phari, puta, ex vulgi sensu, cui non nisi ægypti Pharus cognita, Carpathus non incidit. Præterea vere affirmat Bochartus, vanum esse effugium ad Nili alluviones, quasi illius tandem multum accesserit vel ægypto vel insula Pharo: Cum idem semper maneat & manserit situs insulae Phari & littoris ægyptiaci: *Neq; egypto quicquam ex Nili alluvionibus accedere concesserim.* Id enim quicquid est facile dissipat continua maris agitatio. Proinde cum Alexandria sit ab annis fere bis mille, tamen semper est littorea, & quantum a Pharo distabat olim, tantum hodieque distat, nempe stadia septem, aut ut alii mille passus. Strabone hac in re firmior atque solidior Bochartus; tametsi uterque Homeri scopum & mentem non pvideret.

Denique cum Plinio non assingit Bochartus Homero, quod *dies* & *nights* intervallum tribuerit itineri navalی ab ægypto ad Pharum, cum Homer vere *totus dies* sit memoratus. De Plinio supra. Eruditissimi viri, præmythorum tenebris, Homerum ut scenæ spectrum intuiti, cui ex umbra addi & demi momento posset, quod videretur, scriptis ejus minime intellectis. Quod fatum est vetustorum monumentorum, quorum stylus illi ætati par, nostræ dispar, dum interim ex nostro ore priscum metimus, imperiti dicam an incavi.

Forte nec illud plane prætereundum, quod Bochartus nude fatur, *Pharum a Canopico ostio distit se centum & viginti stadiis*, ex Aristide secure admissum, commode esse intelligendum, itinere terrestri, a Canopo urbe ad Alexandriam, juxta quam Pharus: Quod terrestre iter a Canopo ad Alexandriam vel Pharum centum & viginti stadiis consecutum; cum a Canopo ad Alexandriam vel Pharum per mare iter esset longius, quam centum & viginti stadiorum. Quo de supra ad Aristidem. Infinita etiam a circumscriptissimis scriptoribus admittuntur quasi fide plena, nullo examine praevente: Quod condonandum illis, quibus non vacat minora excutere, quando majora tam multa, ut tempus non sufficiat commemorandis. Interea tam stipata prodeunt scripta omnis generis & ordinis, plena relationibus, non tam veris & rectis, quam euntibus & tantisper valentibus, donec accedant, qui vel casu vel ex instituto scrutamine deprehendant colorem.

CAP. VIII.

In Ludovicum Cælium Rhodiginum.

IN Lettioribus antiquis l. XI. c. 1. f. 575. Platonem citra dubium imitatus, egypti
primum

ptium Sophistam Proteum pingit, non ex mente Homeri, quam non introspexit, sed ex accommodandi studio. Ut omnia, quæ in veteri orbe memorantur evenisse, subobscura aut figuris effigiata, transferri possunt & solent ad ea, quæ ad cuiuslibet interpretis judicium quadrant. Applicatio res arbitrii, nullius fundamenti.

Egyptium vocat *Sophistam*, non quod Proteus unquam in Africa ægypto extiterit, sed quod interpretum vulgus sic eam appellebat, ex *egypti* aquivocatione. Quomodo & *egyptius rex* dicitur *Proteus*, non quod unquam in Africa ægypto vel hilum juris habuerit, sed primum ex *Carpasht insula situ versus egyptum*, etiamsi longe ab ægypto distaret: Quam insulam imperitum vulgus mutavit in insulam Pharum in littore ægypti, unde non solum *egyptius* sed & *Pharius* audit: Dein, quia revera *Copaien* gente sua fuit *Bæotus*, *Thebanus*, quæ regio est *egyptus*. Falsus itaque egregie *Cælius Rhodiginus*, si *egyptium* vocavit *Sophistam* ratione Africa. Deinde *Sophistam* dicere reapse iterum *sophisticæ*, cum Proteus non virum aut personam designet, sed gentem, nempe *Copaciam*. Utroque ergo falsus *Cælius*, seductus populari traditione, quam examinare non sustinuit.

Sed qualis tandem *Cælio ægyptius Sophista Proteus*? five qualium morum in ordine dicentium docentiumve possit esse imago? *Qui suspensus*, ait, *habeat vitæ rationem*, *semperque aliunde pendeat*, *hoc est*, *ex adstantium judicio*. Eum designat, qui adulteretur turbæ eruditorum, qui verum dicere vereatur, ne quem offendat, adeoque *prominciet*, ut pro tempore aliis acceptum. *Sicuti a doctissimis traditum scimus*, *nihil omnino est*, *quod frugere sapiens aque debeat*, *quam ad ostentationem vivere ac populares curas sequi*. *Quod plerosque omnes philosophia seculatores fecisse*, *Hieronymus adeo videtur comprobasse*, *ut illos glorie animalia nuncuparit*, & *aura popularis vultus mancipia*. *Vera autem ratio catenuis vita dux est habenda*, *ut etiamsi universi reclamat homines*, *nil eorum mutetur*, *qua recte semel fuerint instituti*, *etiamsi infamiam vel pericula pro recte factis subire*, *domicareque pro artis facie que necesse sit*. *Qui vero imbutus innutritusque secus est*, *nil ab eo differt*, *quem egyptium appellavimus Sophistam*, *qui arbor siebat*, & *aqua*, & *fera*, & *postremo quicquid collibusisset*. *Siquidem justitiam laudibus efficeret*, *modo id ex animo audientium esse intelligat*, *quandoque vero ratione eadem vituperare itidem permittet sibi*, *modo auditori*, *etiamsi turpiter*, *arridere injurias animadvertis*: *Atque, quod assertatorum est proprium*, *ut polypus ad speciem subjecti soli colorem permutat*, *ita & ipse ad voluntatem audientium sententiam nunc hoc nunc illu dictabit modo*. *Sophisten vero hunc Proteum intelligunt autores magni*, *sicuti Hydram Plato*, & *repetit Eusebius*, *callidissimum item fuisse generis ejus hominem*. *Nihil in his omnibus ex vero Proteo*, *sed novæ hæ sunt scenæ veteri nomine*, *ut vafer quisque dicatur Proteus*.

Alia

15

Alia iterum apud Cælum recentior Protei scena, quando veritatis habetur imago. *Sunt*, inquit, *qui putent*, Proteum esse veritatem ipsam, quæ quia latet, ac alta premitur rerum caligine, ideo traditum a mythicis, senem Proteum in antro obdormiscere. Porro ipse hic in varias transit effigies, & ut poeta omnium maximus scienter canit, omnia transformat se in miracula rerum, ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquefientem. Siquidem dum ratione dicitur ingenium ad veritatis indaginem, varia tuac cooriantur rerum forma, quæ veritatis specimen ostentantes, animis nostris fallaciarum nubila objectant. Multa enim putamus vera ac bona, quæ non sunt. Itaque Protei conformatio imaginum falsarum rationem continet, quibus deludimur.

Quæ universa longissime iterum a nativo Proteo remota, in quo nil philosophici, sed merum in foro Copaiaco præsidium pro civium Copaiorum rebus gubernandis. Tanti est, rapere veteres historias non intellectus quo libet. Idem nunc fraudis symbolum, nunc veritatis, fineulo primævi scopi aut sensus genuini vestigio.

Ad *mores* porro varios, in primis corruptos, quomodo Proteum transformet Cælius, recensere nimis longum, quod argumentum est commune. Nihil in Cælio de genuine Proteo.

CAP. IX.

In Natalem Comitem, & recentiores quosdam Gallos.

Si quisquam in Protei rebus applicandis aut accommodandis certe *Natalis Comes* proximiū accessit ad Homeri scopum, p. 559.

Refert primum, quod *Antigonus Carystius* prodiderit, fuisse Proteum virum sapientissimum, qui multa de naturali philosophia scriperit, de plantis, de lapidibus, de natura ferarum, de mutatione mutua elementorum, & quo pacto illa principia sint omnium nascentium, quæ ut vires singula sumferint, ita vel arbores fiant, vel herba, vel animalia. Hunc inde dictum esse Protea. Sed vel conjectura, fuisse quandam scriptorem physicum illius nominis & operis; vel si quis exstitit, sub nomine prisco Protei hæc prodidit scriptor Homero recentior. Quod genus autorum suppositiorum apud antiquos frequens: ut sunt ipsi Homeri, Orphei, recentiores.

Astrologus alius Proteus, divinator, qui multa ex observatione siderum, & ex rerum præteriorum memoria prædiceret. Et hæc præter Homeri mentem conjectura. Par ratio magia Protei venditata, de qua apud Lucianum, Homero non-consentiente.

Natalis Comes iudicium in accommodandi genere omnibus palmans præripit, qui proxime ad Homeri historiam se attemperet. *Ego*, inquit, Proteum virum fuisse prudentem putaverim, si modo quis fuit, & in conciliandis conservandisque amicis cætidissimum, & in temperandis motibus animorum, & in

morib-



moribus ad omnes eventus rerum caute formandis, aut certe, quales esse viros prudentes oporteat. *Quis enim nesciat, nihil magis necessarium esse vel in administracione civitatum, vel in quotidiana consuetudine, quam varietate ingenii, qua confert plurimum ad omnes opportunitates, ac rerum vicissitudines? oportet igitur virum prudentem, quia non omnes iisdem studiis delectantur aut capiuntur, per varias formas se in hominum amicitiam ingerere, ac variis utri rationibus in civitate administrationibus; quoniam alii eventus clementiam, alii severitatem judicis requirunt.* Sic enim fieri Preteum modo ignem, modo aquam intelligentem est, & modo fructiferam arbore, modo crudelissimam feram, propter pramia justitiae ac supplicia.

Non plane dissimilis & altera comparatio, quoad civilem vitam. Non modo ad amicitias & ad civitatum administrationem hac fabula pertinet, sed multo magis ad universam vita rationem: *Quippe cum neque semper indulgere genio conveniat, neque semper eadem vita severitas retinenda sit: Sed utrinque rei tempora sint cognoscenda, cum nihil violentum sit diuturnum.* Nihil aliud igitur mihi dixisse videntur per hac figuram, quam illud, quod etiam dictum fuit ab oraculo, *Ne quid nimis, cum omnis omnium rerum salus & constantia in moderatione et que sit collocata.*

Præterimus recentiores rerum Protei interpres, in his & *Banierium T. I. Explic. histor. des fables*, p. 303. sqq. in quo ferri commode nequit, quod alieno ore refert, rem Protei ad historias Mosaicas collimare; quod nec ipse Banierius tolerat, negatque iuste, regem ægypti Proteum in Mose esse querendum. Mosaica celsioris longe sunt indolis, ut cum vel maxime illustri heroe aut rege ejusque factis conferri apud gentes queant. Sed illi huc prolabuntur, qui quid Poeta suis illis regum portentis & facinoribus voluerint, ignorant.

Gallus, in *Explicat. Metamorph. Ovidii, Amsterd. A 1693. Tom. II. p. 216.* sqq. omnem interpretum nervum congesitum sollicite. Quod laudem metretur, cum ultra seculi fortunam, in veris Protei rebus ex Homeri mente cognoscendis, progredi esset negatum. Proteum quibusdam esse aerem, qui omnia permeat, quod intenderit Homerus. Accedente calore formas & genera rerum nasci, pro Protei speciebus mutatis; quasi Proteus prima esset materia, ad omnes formas recipiendum apta. Nunc Proteus ex Luciano nautarum magister, qui ventis vela dare sciret: Nunc saltator & circulator fascinatorve. Nunc rex ægypti, qui pro diademe in capite gereret symbola leonis, serpentis, arboris &c. Nunc Achivus civis, qui vestitu subinde mutato vanitatem testaretur. Nunc ex Platone Sophista ægyptius. Nunc prudentia. Nunc ipsa veritas, difficilis agnitu. Nunc natura. Nunc philosophus, rerum naturalium scriptor. Nunc vates, astrotum peritus. Nunc magus. Nunc orator. Nunc denique prudens rerum civili-

17

civilium administrator, vel & civilis vitæ communis apta compo-
sitio.

Quanto ille pròlixior, tanto brevior *Bellegarde*, p. 337. cui placet Proteus *scenarum actor*, & homo *subdolus*, *fallaciarum architectus*, qui callide omnes induere personas & in sua quæque commoda vertere possit. Quæ omnia in foro valent, non in *historia Protei*, qui non *persona* est, sed fuit quondam urbis Græcæ, Bœoticæ, Coparum, magistratus solers & prudens, integrerque ac humanus.

CAP. X.

In Gerardum Crœsium.

Scripsit ὄντεον οὐρανοῖς, *historiam hebreorum ab Homero hebraicis nominibus ac sententiis conscriptam in Odyssæa*. Parte II. cap. 9. p. 434. in Homeri Proteo Abrahamum querit. Non virtus viro vertet, qui attenderit, res mythologæ græca latuisse plerosque veterum & recentiorum. Quando igitur persuasum fuit aliquibus, græcos suis mythis res Judæorum descripsisse, non mirum hos operam in applicando perdidisse. Quamobrem ferme satis, mentem viri breviter accepisse: περιπέτειας της Αβραμοῦ. Abrahamus est, inquit, sic a poeta appellatus bizariam: *Et ratione regionis, in qua Abrahamus abire dum vixerat, e qua nuper, isthac tempore, in quod ea res incidit, egressus: Et illius regionis causa, in quam primum pervenit, in qua & pro illa tempestate, postea pro alia, aliquamdiu vixit.*

Existimat Crœsius, Abrahamum ab Homero dici περιπέτεια quasi εὐ-
φρατέα, Euphratem, quod ab Euphrate in Canaanem venisset. Quod distinctius profitetur: *Homerus appellat Abrahamum nomine περιπέτεια a Mesopotamia fluvio celebri, qui εὐφράτης græcis, hebraice Ἡρά.* Ait, insula Carpathi & veteris historiae immemor, Abrahamo nomen dat, quod nulla ratione illi competere potest. Nusquam pronunciatur, Abrahamum eisque trans Euphratem; עָבָר vocatur, quod plane ad Euphratem non pertinere alibi ostendimus, cui potius hebraicæ nomen a fede sua in Canaane *Acrabata*, cui urbi & Chebroni nomen. Dein quando aliquoties memoratur, Abrahamum & proavos ejus trans flumen habitasse in Aramaea, flumen illud Jordanes est non Euphrates; cum Aramaea, cuius pars Damascus, Auranitis, Semechonitis, ad fontes Jordanis esset sita, non in remota Mesopotamia. Quando pariter termini regionis Abrahamo promissæ dicuntur pertingere ab ægypto ad fluvium Phrat, non Euphrates hic est, sed Orontes in Cœlesyria, termino ad Orontem expressæ definito urbe Chamar, quæ est Heliopolis. quæ citra omne dubium in Cœlesyria non Mesopotamia. De quibus topographicis mo-

C

men-

mentis alibi plenius. Abraham igitur nullo modo Euphratenfis dici potest.

Dein Proteus αἰγύπτιος dictus Crœfio Abrahamus: Pari modo, inquit, Abrahamum nominat αἰγύπτιον ab ægypto. Neque Abrahamo unquam ægyptis nomen in sacris tributum, tametsi frequenter in ægypto egerit. Neque Proteo nomen contigit ægyptii, Homero autore, nisi quod ex ægypto oriundus, ægyptus autem poetis regio Thebana Bœotia.

Similiter, per κῆντος, cetum, grandem pisces, intelligit ægypti regem, Pharaonem, cui tribuit nomen ἑνίακη, Niliaci. Principes ægypti, qui Saram commendaverant, illi sunt Φόρκαι νέοντες, Φόρκαι Λαυρούδης, phoca aut prefecit scortantis, temerariae servatrices cubiculi. Insidia Protei ejusque artes se in varias efformandi species, λόχοι, sunt illi tacita oratio Abrahami pro uxore ab ægyptiis detenta. Formæ Protei in Abrahamo: Abrahami, inquit, in sua anxietate inconsistantiam ac mutabilitatem similitudinibus leonis, draconis, panthera, & ceteris, notat Homerus. Pergit: Venit vir ut leo impetreritis ad ægyptios, & ut draco. Tum prætrepidus quasi macularum varietate conspicitur ut panthera, volvitque se ut suis in insigni inanitate; ac liquecit ut aqua. dum magna imbecillitate, solum e timore, sua uxorius pudicitiam ac honestatem, & sui nominis decus & famam, sua vita periculo incerto postib⁹ buit, certe postponit. Sed quomodo tandem Abrahamus Proteus in arborem amplam? Cum ægypti rex Abrahamum non orco mataret, at plurimis divitiis, Abrahamus factus est ut δένδρον ὀψιπέτηλον, arbor altis foliis. Quam obsecro ægre Proteus haret in Abrahamo! Tam sunt universa coacta, & a veteri historia homérique mente aliena. Quod si Homerus etatem Salomonis vel proximam attigit, unde res Judæorum arcana tam minutum cognovit, ut in Græcia historiam Judaicam scriberet, & umbris tegeret, quam pauci Judæorum cognoverant in media patria? Quis illi volumina Moysaica, hebraico ore scripta, verit? Homerum in finu græciæ remotas Phœnicum dialectos didicisse, ut Judæorum scripta arcana obtinere aut legere posset non vero simile. Ne dicam, Judæos exteris ipsisque nitidis gracis fuisse temtos, barbarorum nomine. Nihil Homero cum Mose: Sua Homero, sua Mosis: Sua græcis, sua hebræis.

CAP. XI.

In Græcum Homeri Scholiaſtem.

Quia usus hoc Scholiaste Eustathius, quem hic laudat, præit merito.

De

De Pharo Homeri: Νῆσος ἀγρύπης, η νων Αλεξανδρεῖα Αἴγυπτος insula,
qua bude Alexandria, Alexandriæ conjuncta. Carpathum Homeri
nescivit vir bonus, quare sonum externum & scenæ speciem fecutus,
ad Alexandriam appulit, longe ab Homeri Proteo. De longa, juxta
Homerum, ab ægypto distantia Phari: Εὗτος ποσὶ τὸν ἔναν καὶ τὸν ομηρί-
κης χρέους Τὸν θερινα, ἐπειτα διπολυσαφῆνα & Νεῖλος οὐερχέοντος τὸν
ιδίαν ίλν, ποταμόχωρον γαρ η ἀγρύπην Καὶ ηρεδοτον: Longa illa apud Ho-
merum distantia heracis temporibus, donec vicinior evansi terra, Nilo limum
suum affundente, cum ægyptus ex Nilo acrefcat. Quæ communis fabula
Strabonis, qua non opus, vera Pharo, Carpatho, agnita.

De phocis, Homerus, αἱρεῖ μὲν φάναι: Scholia festes, τῷ διὰ τὸν
δέ, φάναις συνδιατέταιραι διατρέπεται. Οὐτιπρόδεοτεν γαρ ίλν εἰσαλιαν φάναι τὸ-
το εἰς μαργέαν. Proteus inter phocas degit, quia hoc genus marinorum ani-
malium magia aptissimum. Nil nisi scena externa viro, qui phocas
physice capit, cum Homero sint cives Carpathio-Copaici. Magia ut-
sum in phocis videtur collegisse cum aliis ex persuasione, Proteum
fuisse magum, quæ vera fabula, cum Proteus non viri sed totius
collegii sit character, in quo nullum magia indicium. Mutatio for-
mæ illis ars magica, qui Homeri scopum non capiunt, & scenæ pe-
tus non inspiciunt.

Et phocas νέποδες, διὰ διὰ τὸν πόλεμον ποιούμεναι, que πάντοι
procedant, η ἄποδες, ani que pedibus carent. Superflua partim, partim a-
lienæ, quod prater exteriorem scenæ larvam nil in Homero attende-
rit glosator, qui νέπος, ἄπει, qui nullibi constat, fundo Homeri
ignoto, qui innatet undis cum phocis, nescius Carpatici insula. Hæc
illa ætate.

CAP. XII.

*In Eustathium ArchiEpiscopum Thessalonicensem, Homeri
interpretem Graecum.*

Quis non existimet, Eustathium Homeri pectus penetrasse? A
quo nihilominus in Protei rebus tam longe abest, quam præcor-
dia distant a veste externa. In toga theatralis scenæ hæsit, ultra non
progressus. Quando Melenaus pronunciat, se in ægypto fuisse de-
tentum, qui in ægyptum credire jussus ad sacra diis faciendum: Eu-
stathius iter Menelai ex pharo in ægyptum, definit ex pharo Alexan-
driæ in Nilum: Η φυσικὴ τάξις ἔχει, οὐ ἐκ τῆς φάραον Μενέλαος απῆλ-
γε παλίμπλας εἰς τὸν ἀγρύπτον, οὐ δὲν εἰς τὸν Νεῖλον. Ordo naturalis est; quod
ex pharo Menelaus discesserit, navigatione redeundo in ægyptum, hoc est in Ni-

lum. Qui ordo & rerum & Homeri plane perversus. Cum animadvertisat in sequentibus Homeri verbis, Pharum distitisse longe admodum ab ægypto, in duas incidit Africae syrtes, tam longe aberrat a via. Primo, Homeri Pharus illi pro sono externo est Pharus Alexandriae, cui nec Carpathus potuit in Homeri scena externa pervide ri, nec Carpathi portus, Pharia nomine. Fallitur Eustathius quam maxime in Pharo, qui prægrandis est error, qui centenos alios post se velut rate traxit: ut ex primo illo errore tota Homeri oratio sit in avia pertracta. Dein, quia sensit, iter ex Pharo illa in ægyptum, in cuius littore posita, non posse iter integri diei absolvere, ægyptum e regione in Nilum præcipitat, ut *ægyptus* hic sit ipse *Nilus*. Hoc sensu: *Ex Pharo in ægyptum*; h. e. *Pharo in Nilum*. Quanquam vero jam Nilus in ore Phari, attamen Nili ostia multa, eorumque nonnulla a Pharo remota in ortum, vel & in Nilo ad remotionem urbem, quæ est Eustathio Neocratis, iter longum. Quantæ ambages, ubi semel a via aberratum! Ægyptus hic Homero non Nilus, sed regio, cum in Nilo non sacrificaretur diis, nec offerrentur hecatombæ, sed in templis, quæ in terra. Juxta Eustathium Menelaus prius ex Nilo in Pharam Alexandriae, dein redeundo ex Pharo in Nilum pro faciendis. Quæ omnia ne ad scenam quidem Homeri externam, cui nihil illorum consonum, quanto minus ad teuctum scopum regionis Bœotorum. Vanum ergo, quod vel decies dein repetit, ægyptum hic esse Nilum: πάλιν ὑπέροχον ἐπί Φάρῳ πλένουσας εἰς τὸ Νεῖλον καὶ τὸν ἐπί περιόδεως μαυτεῖν. *Ex Pharo iterum reddit navi in Nilum ex Protei navi.*

Porro πολύπλυνθος πόντος, fluctibus agitatus ponens est Eustathio mare ægyptiacum. Cum pro Pharo Alexandriae, quæ illi unice fuit in oculis, Carpathi insulae non meminerit, non potuit non *Carpathii maris* characterem rapere ad littora ægypti. πολύπλυνθον πόντον κατ' ἐναγγειαν ἴστοριν λέγει τὸν ἀνωταῖαιον, ὁ δὲ τὸν περιπέριον παγύστας, τὰς τε νεῖλος, ὡς θεοτόκον αληθῶς ὄντα. τὸν πελεγν τὸν καὶ ιδόνταν εἰς παθόνταν. Tempestuosum mare pro evidenter historica vocat ægyptiacum, quod est ex Homeri ore, quod ante ægyptum, hoc est Nilum, teste experientia indubitate. Et Carpathium mare intempestum, ut alia maria; Neque Homerus pronunciat, Pharum seu Carpathum in littore ægypti fuisse sitam, sed versus ægyptum. Fabulam de Phari nomine, ex nauclero Pharo, qui eum Helenam deduxisset in ægyptum ibi mortuus esset, a quo insula nomen contigerit, non penetravit, quem res mythorum universa latuit. Quid si insula Pharo nomen Phari ante non contigerit, quam

21

quam a Ptolemæo Philadelpho excelsa turris Phari nomine suscitata est, lucis insigni? Homero Pharus est Carpathus.

Distantiam Phari ab ostio Canobico definit: *στάδια εἰς διατὴν ἔπειτα πανωβούς, ἐκατὸν καὶ πεντήκοντα, Stadia ab ostio Canobico ad Pharum sunt centum & quinquaginta.* Non opus hujus Phari distantiam a Nilo commemorare, cum Homero sermo sit de Carpatho, aut Carpatia-Pharo, quæ longissime a Nilo remota, ultra 40. milliaria germanica.

Ad Strabonem pergit Eustathius, quocum citra necessitatem disquirit, quomodo Homerus dixerit Pharum πελαγίαν, cum vocet *insulam mari undos*, cum illa ætate continenti esset juncta, non insula. Dilabitur cum Strabone in alluvionem Nili: Sed hæ sunt alluviones Strabonis & Eustathii, Homero hic nihil rei cum Nili limo: Cum tota ægyptus sit Nili, ut ajunt, beneficium, hinc nomen fluminis, ægyptum, transiisse & in continentem, ut pariter diceretur ægyptus.

Quod ad distantiam ab Homero differe expressam, *iter integrum diei*, Eustathius pertrahit a Pharo Alexandriae ad urbem Neocratin, in ultimo ad occasum alveo Heracleotico vel Canobico. Φασὶ γέ της πανημέρου πλάνην τῆν Φάρου απέχειν τὸ διώρυτην Ναυρέπτον, καὶ τοῖς ηγεμονεύεσθαις, Ajunt, diei iter navigando distilisse Pharum a Naucrati, temporibus Heroicis. Dein limo Nili terra plurimum accrevisse. Cum Nili limo semel se mergeret Eustathius, facile oculi Eustathii limo obruti, quo minus Carpathum videret Homeri, & illius ab ægypto distantiam determinatam. Putat autem urbem tempore Meneali extitisse vel ad Pharum vel circa Neocratin, quorundam Menelaus iter suum direxit. Quam vagi errores in Nilo, longissime a Carpatho & Homeri scopo.

Offendit Eustathium porro vehementer scopulus ab Homero objectus, qui *insulam* illam dicit *optimi portus*, & *copiose aqua*, quorum neutrum in Pharo Alexandriae. Momento fugit scopulum, cui vel vocula sufficit pro magno portu ocludendo. *Habere insulam portum optimum unde naves solvant in portum*, illi nil est nisi quædam *circumscriptionis* discessus ab insula, ut nullus sit portus, unde naves solvant. *Copia dulcis aqua in insula*, que ibi hanriatur; que navibus inde imporetur, in usum nautarum, illi nil est nisi opes hanrire. Εὐλιμενον καὶ ἐνυδρον ὁ ποιητὴ τῆν Φάρου ἰσχεῖ, λέγον ἐγένετο διπλόν τοις πόντον βαθύτερον, τῷ φρεστιός αὐτοῦ διέθετο διπλάσιον. Τοῦ δὲ λιμνὴν ἔνορμον. ἐνθα μὲν το ἐλληνιστηνα, η ναυς ὄρυται τὸ λιμένα, μέρεσθαι τὸ αὔτη, τὸ δέμον. ἐνθα μὲν το ἐλληνιστηνα, η ναυς ὄρυται

Τὸν δὲ ἀφύσιαν πυρολεξίαν θεὶς, ἀφεντικού τοι πλεῖστον ἀφύξειν. ἐπεῖνον γὰρ τέρατατην. In Carpatho insula ut portus multi, iisque ampli & tuta, in quibus naves onerarentur, ita & aquæ dulcis larga copia, quam navibus inferrent nautæ. Quando igitur Eustathius non meminit Carpathi, ubi omnia existunt, quæ laudat Homerus, cogitur in pharo Alexandriae, ubi nihil eorum, oculos sensusque claudere, & Homero reddere cœcum, simul ore illius detorto.

Quando ad Proteum ipsum describendum venit Homerus, dicens: *Agit hic senex, marinus, verax, immortalis, Proteus egyptius, qui totius mari abyssos novit, Neptuni minister:* Quam hic nullibi agit Eustathius! Η̄ ἔνοια, συχνὴ ἔχει αθεβόλην, προστόπον μὲν γὰρ, οὐ πρωτεύς, περῆγμα δὲ, πολεῖται, ποιήσεις δὲ προστηποῦ, τὸ αἰγυπτιόν, δότο χώρας, Ταῦλος, διὰ δὲ περισσεύεις τόπου, τὸ γέρων, ἐπὶ τῆς ηλικίας. Τὸ νησεῖτος, εἰς αἰεῖς η̄ ἐπι μανίκης τεχνης, τὸ αἴγινατον, ἐπὶ δὲ γάρ τοις εἶδος. Est longa Protei circumscriptio. Persona est, Proteus. Altio est, versari. Qualitates personales sunt: egyptius, a regione: marinus, a vicino loco: senex ab etate: verax, a virtute, aut praesagiendi arte: immortalis, a vita genere. Quam ieiunia universa. Quorum nihil ad rem. Proteus hic non tam persona, quam totum regimen, Carpathio-Copacum. Versari, hic est regiminis negotia attendere, in insula Carpatho, pro scena externa, in urbe Bœotica Coparum pro scopo. Ἀgyptius Proteus; Copaci ex Thebis Bœoticis ducti coloni, quæ regio poetis audit ægyptus. Marinus, quia Copaci Bœoti, Bœotia vero poetis pro mari. Senex est urbis vetustate: Verax, magistratus encomium; immortalis, cui dei tribuerat insignie, quia gloria urbis Coparum pervetusta. Sed quia hæsit Eustathius in insula Pharo', remota illum fugerunt.

De phocis, Protei pecude, quid Eustathius? Αἱ φῶναι ὅπι μὲν χεριποιοι φέρει μαγικά γονίεαν, Φασὶν οἱ χολιάσι, διογένης τὸ πρωτέαχαίρειν αὐταῖς: *Quod phoca ad magicas artes conducant, ajunt glossatores, ideo Proteum illius fuisse deletatum.* Hoc Eustathio satis. Quod nihil.

Νέπωνες phocæ, Eustathio procedere nolunt, vel quod pauci vel quod parvi nimis pedes: Νέπωνες δὲ ἀνταψι, δὲ κατὰ τὰς ιχθύας ὡς ἀποδεῖ, αἷλλας ὡς ὀλυροτοδεῖ, ἥτοι μικρώνοδεις, καὶ διὰ τοῦτο εὔγινος δοπόδων. καὶ ὀλιπολάζει τοιότον τερῆσεως εἶδος. Εἰς ὁδῷ τοῖς λυκίοις, μέχρι καὶ τοῦ, οἵ χειλιδόνεις πινάς, ἀς οἱ ιδιῶται πετροχειλιδόνεις Φασὶν, ἐκεῖνοι καλέσαν ἀποδας, δὲ διὰ πανιελῆς σέρπου ποδῶν, αἷλλ' ὀλυρότητα, ἥτοι σμικρότητα, δῆλου δέ, οὐ τὸ αἱ καὶ ἐπὶ ὀλυρότητον λέγεται. Sine pedibus illae, phocæ, non instar piscium, quasi nulli illis essent pedes: Sed quod illis pancei vel parvi aut breves pedes,

pedes, quod est ferme absque pedibus. Quale genus defectus & apud Lycios hodienum emergit. Iibi birundines pedibus carere dicuntur, non quod nullos habent sed breves aut minutos. Et a est gracis paucitatis index. Quam non constat Eustathius, cum hic non de pedibus sit sermo, sed de prole feminæ Eidotheæ. Addit & aliam vocis explicacionem: τὰς δὲ νέωδας φώκαιας φασὶ, πόστα τὸ ποσὶν νέειν, ὁ δέτι νήχεθαι, ἵνα εἰν φάκαια μηξίποδες, Αλιτις νεωδες dicta phoca a nando, quod nent pedibus, nantes vocata. Tanta incertitudo, scopo ignorato. Agnoscit tandem ex aliis, νέωδας esse τέκνα. Νέοδες φασὶ γαλάσσης αἱ φάκαια, ὁ δέτι τέκνα νέπτυς ς ς πατε γλώσσαν, ὁ ἀπόγονος. Phoca alias filii mari: Quandoquidem νέπτυς est & nepos. Et Halosydne quidem illi mare. Illi καλὴ σίλοσούδην ut ὅδως ἀγλαὸν: Aliis phocarum character ἀλυσύνη, ἐν αἷς δευόμεναι, η ἐις ἀλα δίνεσται. Mergitur Eustathius cum phocis, in illis nil videns nisi monstra marina, Copaicæ urbis populum non observans.

De Protei formis variis, Φαντασιῶδες πάντως ἢ ταῦτα, & ς ς ἀλλας ἔτω πολυμετάβληψι. ήν ὁ προτευς: Omnia phantasmata nulla vera in Proteo transformationes. Hoc illi dixisse satis. Posthac dilabitur in allegorias & philosophorum de rerum natura opiniones: Velut, Proteum esse materiam primam, quæ nullam habeat formam, quamlibet tamen accipere apta nata, dum ex potentia abit in actum. Nunc Proteus amicitia symbolum, exploranda & explorata. Nunc & saluator, quod habet ex Luciano, nunc adulatorum imago, ex Athenæo. In tot formis nulla obvia Eustathio, pro Homeri animo, in Copaicō magistratu.

Otent Eustathio pelles phocarum detraetæ, sed dolet fere, Homerum non indicasse quis excoriaverit: οὐδὲ παῖς οὐταῦθι οἶμα τὸ κτῆτο ποτῷμενον ὡς μὲν γαρ νεόδαρα ἥπαν τὰ δέρματα λέγεται, τι δὲ αὐτὰ εἴδεισαν, & λέγει. Nihil illi præterea subolet historiæ Copacorum civium.

Quando tandem ventum ad ipsas Protei transformationes, ait, supra de illis dixi satis, cum dixisset nihil. Confert interim exempla eorum quibus multa capita, innumeri oculi, centum manus, in quibus moralia querit, visum acutum, magnam potestatem, prudentiam, præcipue in viris pravis. Ebris etiam semiscer, qui sibi videntur multa quoque habere capita. Documenta manifesta, Eustathium rerum Homeri & Protei nihil quicquam penetrasse. Verborum interpres est, non rerum. Neque vero magni Episcopi autoritas juvat, cum episcopatus non vehat antiquitatis remota scientiam, sed christianæ doctrinæ peritiam. Quæ communis erat Patrum, græcorum non minus

nus ac Latinorum fortuna, qui in exteris scriptis versati scopum illorum raro vel nunquam pviderunt. Uti & philosophorum duces, Plato, Aristoteles, Oratorum antesignanus Cicero, historicorum primi aut majores, Herodotus, Diodorus Siculus, sua in quolibet doctrinæ genere prærogativa eminentes, in poetarum choro, prater moralium curam, personæ mutæ.

CAP. XIII.

*In Joannem Spondanum, Mauleonensem Gallum, Homeri
interpretem recentem.*

Ingenio valuit, doctrina ubere insignis, & pertinacis laboris; sed ultra communem in mythis evolvendis fortem progredi fatum non permisit. Quamobrem ut in ceteris Homeri rebus, amplissim commentariis, A. 1583. editis, ita & in Protei negotiis foris hærente coactus est, non sua negligentia, sed temporis obscurioris infortunio. Unde & scrupuli passim viro subnati, non exenti, qui excidissent sponte, si mythorum genus suisset animadversus. E. g. Homerus ait, Pharum, Protei sedem, distitisse ab ægypto itinere integri diei secundo vento. Hæret hic Spondanus, quia non Carpathum Homeri pveridet, sed Pharam Alexandriae in oculis habet. Ille: *Pharo;* inquit Melal. 2, *Alexandria nunc ponte conjungitur; olim ut Homericō carmine proditum est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta.* Et si itares fuit, videri potest conjectantibus in tantum mutata causa Nilum præbuisse, dum limum subinde, & præcipue cum exundaret, littori annectens, auget terras, spaciunque augescientium in vicina vada promovet. Persuasus Spondanus, potuisse alluvione Nili fundum ægypti in insula Pharo, a temporibus Homeri, paucis certe seculis, adeo accrescere, ut cum antea grandis maris spatio, integri diei itinere ab ægypto distitisset, jam adeo prope accessisset, ut ponte cum continere jungi posset. Ergone tota ægyptus aut sola insula Pharus sic crevit? Et si sola insula Pharus, hæc evasisset fane ejus longitudinis, ut integri diei iter jam in insula posset confici, quod antea in mari erat conficiendum: Aut decrevit insula ad boream, ut velut sub undis comearet toto diei itinere, donec in littore ægypti iterum emergeret. Quæ omnia tam sunt ab usu rationis & experientia aliena, ut cogerentur alii cum Posidonio ignorationem Homeri accusare. Quod & Spondano non excidit, cui Strabonis hanc in rem disputatio probe cognita, de qua nos supra. *Fabula* tandem vel nota vel censura omnis explicatio absolvitur Spondano.

dano. Quod non est illustrare poetam, sed densiores inducere nebulas: Quod non studio viri diligentissimi sed caliginoso tempori imputandum. Mittimus igitur longum viri commentarium in res Protei, qui meram externam scenam attendit, genio Homeri tecto & latente. Præcipuum forte Spondanarum de Proteo observationum momentum fuerit, quod *in Proteo satanam extitisse autumet*, qui hominibus illuserit formis subinde novis. *Cum iis sentio*, inquit, *qui veteres illos a satana sic miris modis delusos afferunt*. Nulla enim clementia malis spiritibus carent, aut unquam caruerunt, proinde ubique facile fuit illi veteratori se se in hominum manus dedere, ut eos magis ac magis in hac abominanda ac execranda damomania captos retineret. *Quod autem spiritus ille omnigenas formas induere posit, satis constat*, qui se *cum totus tenubricus sit*, tamen *in angelum lucis non ita raro transformet*: *quod maius est sine dubio*, quam hæc de quibus est *questio*. Num Spondanus hæc scenæ Homeri accommodanda crediderit, an vero reapse Proteum fuisse satanam in Homeri theatris existimaverit, non opus disquirere. Certe difficulter *genealogiam Protei ex Homero illuc vehet*, ut satanæ pater, mater, filii, filiæ, patria, itinera, ex Homero definiantur. Quæ quo^{rum} erunt Spondano *phœcæ Protei, satana?* & qua ratione *pascit satanas phocarum greges?* Num forte Homero degeneres feminæ? Quis ille *marinus gravis odor in phœcis satana?* Cur satanæ sedes in Pharo? Cur satanas aegyptius? Quis ille Menelaus, qui satanam vi adortus, vinculis injec^{tus}? Sed condonandum Spondano fascinum, quando veteris poëtarum artis ignarus, in Homerum transtulit, quæ Homerus ignoravit. Crœfio Proteus Abrahamus, Spondano satanas.

CAP. XIV.

*In Johannem Ludovicum de la Cerd, Hispanum, & Carolum Ruanum Gallum, societatis Jesu viros inclitos, Virgilii
interprete.*

TOLETANUS ille, poëeos & græcæ linguae A. 1607. Professor, Soc. Jesu, Madriti, in copiosis *notis in Virgilium* variæ lectionis copiam demonstravit abunde. Ast non nisi scenæ perpetuo externæ imminens, pro seculi consuetudine, in Proteo nec Homeri nec Protei peccus attigit, *librum quartum Georgicorum* multo labore explanans. Satis illi, verbis Homeri cum virgilio compositis, Proteum dixisse e. g. Carpathium senem, sed unde utrumque nomen, & quis ille Proteus ratione utriusque, altum silentium. Hæc illa ætas vix

D


quæ-

quærere ausa, præ desperata caligine. Multa in his commentariis imbutus doctrina, illa destitutus fuit, quæ ad traditionum græcarum fundum & originem spectat: Quod primum & potissimum in poëtarum recensione momentum: Quo fine omne vel pertinacissimum in poëta luce accendenda studium mutilum & mancum.

Similis fortuna Caroli Ruei, qui A. 1675. in *Notis in Virgilium*, in usum Delphini, diligenter annotavit, quæ ad externam græcorum traditionem pertinere visa, sed in externo theatro substitit, nec vel extremo digito, quid in singulis veteris historiae reconditum esset momenti, attingere sustinuit. Solertia in præclaris ipsis viris pro autoribus intelligendis aut explicandis plus satis, sed invidia ex seculi fortuna non multum sed nimium. Admirandam praestitissent operam, & lucem accendissent præclaram, si fundum mythorum græcorum cognovissent. Posteri, autores veteres edituri, mythologiae vetustæ sanguine & pectore cognito, longe aliis notis atque observationibus illos illustrabunt, vitamque reddent poëtis defunctis.

Finita hæc secunda Protei pars d. 27. Sept. A. 1719. anno professionis Academicæ 29. inter bonas literas dei gratia confecto.

*Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renovatus ager gravidis canebat a-
ristis:
Flumina jam lactis, jam fluminanectaris
ibant,
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*



Pars III

PROTEI:
THETIS
DELPHINE FRÆNATO
PER MARE VECTA.

In Ovidium,
de græca Achillis historia
ex Protei præfagio.

*Delphines tertium cotorum genus ,
quibus homines in mari familiariter
usi.*

*In remotæ antiquitatis
bonorumque autorum lucem*
A. MDCCXIX. mense Septembri

recensuit

HERMANNUS von der Hardt /
Academiæ Juliae Senior
& Præpos. Mariæb.

Helmstatt,
Typis SALOMONIS SCHNORRII.
A. MDCCXIX.

Bonarum literarum studiis.

EX professione Academica, post *Jonam*, sollicite nuper recensitum, suo ordine & *Amosum*, elegantissimum & nervosissimum, ad hebraicorum fontium tenorem publice curate recensuimus, eumq; his diebus *sub mensis septembri finem* absolvimus. Frequenti attentoque auditorio studiorum oblectamenta, *munuscula chartacea*, singulis horis impertire datū, nemine dimisso vacuo. In quibus fuerunt dissertationcula:

1. Spes Persei.
2. Amos ex tenebris.
3. Ænigmata Jonæ.
4. Ænigma Tobiae.
5. Wer bist du? in Joh. 8, 25.
6. Circe, Cyrrha Phocidis
7. Ephemerum.
8. Memoria Stephani Brulefer.
9. Brulefer pro Quenello.
10. Lutherus in Ps. 51.
11. Mundi ordo.
12. Hordeum, in Hoseæ III.

Distribui quoque inter singulos ex mensa Amosi יְמִימִים, συκά-
πων, σycamīna, charnubos, ut gustarent omnes, dulcedine Amosi imbu-
endi, arbore & fructu ex Cotovico descriptis, qui in illis terris viderat.

Præuntem *Jonam*, ob profundos rerum recessus, illustrare inter-
terea contigit plusculis ex remota antiquitate radiis,

Et in his sunt:

1. *Jonas in lucem*, versione oris græci æmula, pro vocum vi &
pondere, ac orationis virtute cognoscenda. S.A. 1718. Vig. Mich. d. 28. Sept.
2. *Jonas in carcharia*. f. d. 12. Nov.
3. *Jonas sub sillicyprio*. d. 15. Nov.
4. *De rebus Jona programma*. A. 1719. 15. Apr.
5. *Intybum sylvestra in Elie mensa*, pro illustrando *Jona*. d. 8. Jun.
6. *Galilai, Elias, Elisa, Jonas, &c.* d. 15. Jun.
7. *Ænigmata Jona*. f. d. 5. Jul.
8. *Hercules ex carcharia, ceto*. f. d. 31. Julii.
9. *Proteus cum phocis, cetis*. Pars I. mense Augusto.
10. *Spes Persei cum ceto*. d. 26. Augusti.
11. *Ænigma Tobiae, cum grandi pise, a quo absorbendus*. d. 28. Aug.
12. *Pars II. Protei, cum phocis, cetis*. f. d. 27. Sept.

Accedit jam (13) *Pars III. Protei*, in ovidium, pro illustranda tra-
ditione veteri de *Thetide, delphine franata per mare uelta*. Succedit (14)

Arion

Arion citharoedus, delphine, ceto, ex Italia in greciam vetus. Quam Arionis historia ex Jona derivatam ajunt. (15) Nautæ Tyrrheni in delphinos mutati.

Ut sunt ceterorum & cetaceorum multa genera, ita serenioribus studiis congruum, ex præcipuis ceterorum generibus promere exempla, quibuscum homines familiariter versatos esse in undis, vetus orbis eleganter cecinit. Dedimus ergo exempla *carcharia* aut canis marini, *ceti* prægrandis: Dedimus, ex *phocis*, *ceti* magnis: Dare ergo oportet & ex *delphinibus*, *cetis* celebribus, ex incredibili humanitate valdopere cantatis. In his ordinem ducat *Theris ovidii*, ob proximam cum Protei rebus affinitatem, quando Proteus Thetidi præfigivit Achillis ortum. Longissima est *Thetidis historia*, quam integrum hic recensere nec locus nec tempus permittit, cum magna pars *iliadis Homeri* huc pertineat. Nunc ergo solum prælibabimus, ut demonstremus, quomodo *delphine frenato sit per mare vecta Thetus*. Viam monstrare posteris satis tantisper fuerit, ut autorum veterum, orbes veteres canentium, mentem & scopum assequantur: ut bona literæ sua luce tenebras dispellunt. Bonæ literæ non moriuntur, tametsi per secula barbaries illis fit molesta, quas vel premat vel negligat, tantum non sepultura. Orbis non potest carere literis, aut orbis non erit. Ex literis omnis decor in orbem, in rem publicam, in societatem, in domum, in animam, in corpus. Erunt ergo sereniora studia, dum orbis erit, vivent, non moritura, Scr. in Acad. Jul. Vigil, Michaëlis, A. MDCCXIX, d. 28. Sept. Ap. 12, 10.

CAP. I.

In Proteum Ovidii.

*M*Etiam l. 13. fab. 15. Glaucus, *Sam deus, inquit, aquæ, nec majus in aquore Proteus Ius habet.* Salganeensis magistratus in Bœotia, & Copaeus senatus in Bœotia, pares in Bœotia spectatarum urbium gubernatores. *Aqua, aquor, Bœotia, Salganea & Copæ, dñe in Bœotia urbes insignes.*

Metam. l. 8. fab. 12.

Sunt quibus in plures jus est transire figuræ:

Ovidio græcorum mythi curate noti, cui adeo volupe illorum stylo latina oratione veteres res pari sermonis elegancia effigiare. Nec adeo substantiarum mutationem voluit, quæ ab omnibus metamorphoseos ejus exemplis longe remota, sed scenæ formam, pro scita & arguta nominum immutatione,

Ut tibi complexi terram mariis incola Proteus

In Proteo, et si in aliis non plane dissimilis, celebrior inter poëtas formarum immutatio atque variatio. Constatit ovidio, Proteum, non virum, sed gentem esse, proxime insulæ Carpathi, sub illa urbis Bœoticæ Coparum. Hic incola mariis terram complexi, sive insulam colens, puta Carpathum, sub qua Copæ, pro poëtarum mente.

Nam modo te juvenem (viderunt,)

Non nisi *Carpathi & coparum* hoc infigne, pro nomine ἄνεγθος,
νόεσσος, *juvenis*: Ex Homeri effigie, quando post multas formas hu-
manam recuperavit faciem, |*Carpathius aut Copaicus senatus, man-
suetior & humanior.*

Modo te videre leonem.

Carpathio *Copacicu*s *senatus* *interdum χάρωψ*, *leonis affectu*, al-
lusione apta, nulla physica immutatione.

Nunc violentus aper.

Carpathus, νάπεσσος, *aper*: paronomasia manifesta & scita: Quan-
da *Carpathio-Copaci* talem alicubi animum præ se tulerunt.

Nuno, quem tetigisse timerent,

Anguis eras.

Carpathus, δράκων, ore Homeri, pro allusione, pro negotiorum
statu diverso, inter effectus mutatos.

Modo te faciebant cornua taurum.

Carpathus, ταῦρος, *taurus*: Pro fatorum in negotiis animisque or-
dine, fine externo habitu corporis mutato.

Sape lapis poteras (videri)

Carpathus, πέτρος, *saxum*: Pro alio actionum casu.

Arbor quoque sape videri

Carpathus, δένδρον, κάρπιμον, καρπόβολος, *frugiferum, pomiferum,*
arbustum: Pro alio iterum animorum situ.

Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum

Flumen eras.

Carpathus, ὕδωρ, πτωτηρὸς: Ex alio affectuum motu.

Interdum undis contrarius ignis.

Carpathus πῦ: secundum aliud consilium fori. In omnibus ni-
hil extrinsecæ mutationis, nec viro, nec gente, nisi pro scenæ con-
spectu, universa in *Carpathio-Copacorum* instituta, quæ pro pru-
dentia regula subinde mutanda.

CAP. II.

In Thetidem delphine vectam; ex Ovidio.

A Protei rebus sejungi non potest negotium *Thetidis*, cui præ-
sagivit Proteus filium Achillem, fortissimum heroem. Juvabit
igitur, hanc quoque historiam ex solo nunc *Ovidio, Metam. l. ii. fab. 8.*
concise repetuisse.

Namque senex Thetidi Proteus predixerat uda:

Senex Proteus, venerandum Copaicum regimen. Thetis, alias
Tethys, urbs Anthedon Bœotia, ad Euripum, de qua in Hercule ex Car-
charia,

31

charia, p. 43. seq. *Thetis uda*, humida, marina, est Anthedon *Bœotie*,
quæ pro mari. Τηθύς, *Tethys*, *Anthedonensis civitas antiqua*, uxor O-
ceani, Ogygiae, urbi Bœotiae vetustæ, fœdere juncta, pro coloniis
ducendis. Deinceps, nomine in mythis nonnihil mutato, cum se-
culis fluentibus, Θετίς, *Theris*, eadem *Anthedonensis* urbs, jam Thessa-
lis confederata, pro coloniarum propagine nova. Unde utraque,
Tethys & Thetis, dea audit marina, eadem Bœotica gens, seculis &
federibus, ut coloniis & migrationibus distincta. Proteus *vates*, *ωραῖος*,
non ex officio aut facultate, sed ex prudentia in civilibus even-
tibus, quod erat Copacorum. *Prædictus Proteus Theridi*, quando Co-
paici Anthedonensibus sua quædam prospera fata præfigiverunt ex
commercio cum Thessalibus.

*Concipe, mater ero juvenis, qui fortibus armis
Acta patria vincet, majorque vocabitur illo.*

Copacorum augurium de filio Thetidis, de nova *colonia* urbis
Anthedonensis. Genitura haec & *conceptus*, non tori matrimonialis
& veneris, sed fœderis de colonia ducenda. *Concipe*, inquit, admitte
fœdus cum Thessalis, qui ex Anthedone quærant coloniam aut
gentis societatem. Quæ ex Thessalis & Anthedonensibus Bœotis
colonia ducetur, *magna* evadet: Alludendo ad nomen *Magnesia*, in
qua urbs Iolcos sita, unde colonia Iolcenfis sive Achilles.

Mater, non thori sed generis novi, Anthedonensi turma a Thes-
salis accita sibi que juncta. *Juvenis*, non persona, sed gentis præcla-
ra ac generosa. *Ille juvenis fortibus armis acta parris vieturus*. Juve-
nis ille *Achilles*, iterum non viri unius, aut militis ac belli ducis insigne,
sed nationis & populi ex clara urbe *Iolco* in Thessalia, ad finum Pagasæum.

Pater illius *Peleus*, denuo non viri sed virorum aut populi nomen, ex
Pelethonio, urbe Magnesia in Thessalia sub monte Pelio. *Peleus & Thetis*,
Achillis pater & mater; utraque civitas, *Pelethonium & Anthedon*, fœ-
dere mutuo pro colonia ducenda inito, junctis utrinque turmis. Ex
utrisque populis, Thessaliæ & Bœotia, oritura nova fortis *colonia*, in
altera urbe Magnesia *Iolco*, *Iolcenfis*, *Achillis* nomine. Fuerit fortis
Peleus, Pelethonius populus, fortior futurus Achilles, Iolcenfis colo-
nia. Iolenses illi fortitudine superaturi Pelethonios, unde oriundi;
illi *majores* futuri his.

*Ergo, ne quicquam mundus Jove majus haberet,
Quamvis hanc tepidos sub pectore senserat ignes
Juppiter, aquarea Thetidis connubia vitat,*

Pisæis, ex Elide, animus fuerat, ex Anthedonensibus turmam
sibi sociandi, pro nova Pisæa colonia. Pisæi consilium mutarunt
& An-

& Anthedonenses liquerunt. Hoc illud Jovis cum Thetide connubium, intentum sed desertum. *Æquorea* Thetis, i. e. Bœotica, cum Anthedon esset *Bœotia*, hæc æquor.

*Inque sua Æacidem succedere vota nepotem
Jusit, & amplexus in virginis ire marina.*

Æacus, filius Jovis: *Æacides* seu *Æaci* filius, *Peleus*: adeoque *Æacides*, *Jovis* *nepos*, *Peleus*. Pelethonii illi ortum suum debuere Pisæis, Eleis, in Thessaliam profectis. *Æacus* *Æginæ* insula rex, *Æginensis*, vel potius *Echinensis* Phthiotiæ. Pisæi in insulam æginam aut urbem Echinum, inde colonia in Phthiotidis alteram urbem Pelethonium: Atque ita Pelethonii illi ex Pisæis.

Hic coloniarum harum ordo: Pisæa, Echinensis, Pelethonia, Iolcensis. Jupiter, dum abstinuit a Thetide, illam concessit Peleo: Pisæi, relictis Anthedonensibus, hinc coloniam duci a Magnetibus Thessalidis Pelethoniis, permiserunt. Hi illi *amplexus*, non *veneris*, sed *fœderis*. *Virgo marina*, Thetis, urbs Bœotica Anthedon, gens nova ex urbe Anthedone ducenda.

*Est sinus Æmoniae, curvos falcatus in arcus,
Brachia procurvunt: ubi si foret altior unda
Portus erat, summis inductum est aquor arenis.
Litus habet solidum, quod nec vestigia servet
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.
Myrtea sylva subest bicoloribus obfita baccis.
Est specus in medio, natura factas, an arte,
Ambiguum: Magis arte rames: Quo sape venire
Franato Delphine sedens Theti nuda solebas.*

Descriptio sinus maris Thessalici, Pagasæi, ad Magnesiam in Phthiotide, ad urbem Pagasarum quæ in intimo sinus littore. *Specuum* nomine, *urbes* passim Homero insignitæ; Hic multo magis, ubi *vene-*
ris ratio, pro *scena*. *Huc*, in urbem Pagasarum, aliasque Phthiotidis, *sæpe venire solita Theris*; i. e. Anthedonenses Bœoti, maritimi per Euripum, ad Eubœæ fines, navi sæpe ad Phthiotidis Pagasas, vicinasque appetere sueti, pro commerciis.

Nuda Thetis, non profecto ex mente Homeri physice, cum de feminina non sit sermo, sed de Anthedonensi populo, *integraque civium turma*, quæ pro commerciis suis navigaret in Phthiotidem & magnesiam. Nudum sæpe idem ac inerme, sæpe apertum, candidum, sine dolo, Nuditas hæc pro feminæ indole in negotio amoris, in se non nisi allusio ad nomen *Thetidis* & *Anthedonis*, ἀνεύ ἐθῆτος, sine ueste, ἐσθῆτας ἀποδεδυμένη, ἐξαποδυνομένη, exura. Oblique tamen subindicatum occultum, dissimulatum,

tum, cum viderentur postea refragari, desiderium Anthedonenium, cum Pelethroniis sub monte Pelio in societatem coloniae eundi.

Sed quæ Thetis, sedens delphine frenato? Non insedit Thetis, gens Anthodenfis, delphini, nisi pro scenæ lusu. *Delphines* mythologis sunt *urbis Bœotica, Delphinii, cives. Delphinium*, oppidum Bœotorum, Anthedonenibus vicinum. Hi *delphines*, in historia Neptuni & Veneris, multis que aliis frequentes, *Delphinii cives, Bœoti. Tali delphine vexta Thetis ad Phthiotas & Magnesios*; in *Delphinensium civium comitatu* illuc frequenter proficisci soliti Anthedonenses. *Frenatus delphin*, nulla physica habena, cum nullum physicum esset marinum monstrum, sed pro scenæ oblectatione: *Delphinii acciti aut conducti ab Athedonenibus in tali itinere ad Magnesios & Pagasæos, in Phthotide. Paronomasia & historia suavis concordia: Delphin $\chi\alpha\lambda\pi\gamma\mu\sigma\Theta$, Delphinii frenati, ducti, conducti, sociati.*

*Illic te Peleus, ut somno vieta jacebas,
Occupat.*

Pelethonii, sub monte Peliosedentes cives loci, his *hospitibus Anthedonenibus Bœotis*, apud Pagasæos divertentibus & commercia tractantibus, *securis & quasi somno jacentibus*, pro societate, colonia, cum Pelethroniis paranda infidiati. Quæ securitas Anthedonenium effigiata exemplo feminae dormientis, paronomasia adjumento: *Ανθηδὼν δαεγίανθος, Anthedon dormiens*. Quando Peleus, Pelethonius, fertur invasisse aut occupasse dormientem, *violentia quædam species subindicata, quæ in colonia formandis haud rara*. Sæpe namque turmae occupatae, aut cætus aliqui per infidias aut per vim abrupti & in societatem pertracti. Et hoc Pelethroniorum confilium, Interim hic in Thetide occupata nihil veneris, sed res fœderis oblata.

*Et quoniam precibus tentata repugnas
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.*

Oblata prius bovis verbis a Pelethoniis societas Anthedonenibus illis hospitibus. Quam oblata coloniae consociationem cum repudierant Anthedonenses, Pelethonii vim illis hospitibus, civibus Anthedonenibus, intentarunt, ut moris apud omnes erat populos. Atque hæc illa *vix*, non veneris, sed rapiendorum virorum ad societatem. Hic ille lacertorum circa *colla nexus*: Adigendi Anthedonenses ad obsequium fœderatis cum Pelethroniis Thessalis, Magnetibus.

*Quod nisi venisses, variatio sœpe figuris,
Ad solitas artes, auso foret ille potitus.*

Anthedonenses hospites, inviti cogendi cum Thessalis ad *nova colonia vincula*, restiterunt omnibus modis. Neque in *Thetide*, velut femina, ulla physica transformatio, sed in *Anthedonenibus viris*, hospitibus apud

Pagafæos, magnetas, Phthios, artes variæ effugiendi & elabendi, ne in vota Pelethoniorum consentirent. Prudentia & sollicitudo, repugnandique constantia, & libertatis suæ servanda cura, in Anthedonenis gente commendata.

Sed modo tu volucris:

Non profecto substanciali mutatione, femina aut gens Anthedonensis in aliam abiit substanciali, aut fascinatione, formationisve glaucomate, sed prudentiæ indole, declinandi & effugiendi studio, ac negandi argumentis: allusione ad πληνον, πετενον, volucre, & Ανθηδων Anthedon.

Volucrem tamen ille tenebat.

Pelethoniorum studium contrarium insistendi suo proposito, Anthedonenses in suas partes trahendi, sive persuadendo, sive eorum argumentis respondendo. Quod est, *volucrem tenere.*

Nunc gravis arbor eras.

Sine ulla iterum naturæ immutatione, non nisi pro scenæ delectatione: Effigies aliorum modorum & argumentorum, declinandi amplius desideria Pelethoniorum pro Anthedonenibus ad novam societatem sibi devinciendis. Allusio nova ad δευον δένδρον & Ανθηδων: Firmiter conserterunt Anthedonenses.

Harebat in arbore Peleus.

Desistere noluere Pelethonii, in hæsere suis consiliis, non dimissuri Anthedonenses, argumentis eorum flexis.

Tertia forma fuit macrœa rigidis.

Neque hic in natura quid novi, sed in scena, sed in consilio, in opere, in Anthedonenium repugnantium argumentis: Pro paronomasia nova πανθηρε, Ανθηδων: panthera, Anthedon. Fortis reluctantia, quæ vim vi viseretur opponere; ut impatientia furori vicina: Minati illis,

Illæ territus æcides a corpore brachia solvit.

Peleus, Pelethonius populus, visa panthera pro Thetide, visis affetibus Anthedonenium minacibus & trucibus, coloniæ societati tantum non armata manu repugnaturis, desistere cœpit, aut dimittere velle hospites viuis, societate non amplius urgenda,

Isque deos pelagi, vino super aquora fuso,

Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat.

Pelethonii nulla arte aut consilio, nec vi, obtenturi quod intenderent, Anthedonenses tandem dimissuri, obtestati deos, pro consilio ultimo, qui adjuvarent, & scopo obtinendo auxiliarentur. Et *dii* quidem marini invocati, quia *Thetis* erat ex marinis deabus. Inter preces & cum precibus *sacra marinus diis facta*, vino fuso, pecudibus maestatis, & suffitu facto, de quibus in Orphei Argonauticis. Quæ sacra, pro marinis diis invocandis, comprehendunt *aliorum Bæotorum auxilia quaesita*, qui ista confociationem Anthedonenium & Pelethoniorum promoverent nec impedirent.

Daneæ

Donec Carpathius medio de gurgite vates,

Æacide, dixit, thalamis potiere petitis.

Inter deos marinos *Protens*, ex Virgilio *Carpathius vates, Copacius senatus*. Hic precibus & sacris Pelethoniorum motus, juvit, ut colonia illa perficeretur, Anthedonensibus persuasis, & ad consensum rogatis. *Copaici Pelethronii fortunatum consilii sui eventum augurati*. Quod est *vaticinum Protei, Copacorum auxilium. Thalami petiti hic nihil habent rei cum venere, sed societatis sunt inter diversos populos, Pelethonios & Anthedonenses, vincula, Poriri illis thalamis, est coloniae societatem obtinere.*

Tu modo, cum gelido sopita quiescit in antro,

Innarum laqueis vinclisque innecte tenaci,

Ne te decipiat centum mentita signras :

Sed preme quicquid erit, dum, quod fuit ante, reformet.

Consilium Protei, Copacorum, Bœotorum datum Pelethronii, de Anthedonensibus in societatem Thessalicam tandem pertrahendis: *Vis in ineautus*. Fuerat in scena postremo *tigris*, Anthedonenes *minati*. Destiterant Pelethronii, desperabundi. Excitati nunc a Copacis, fortius urgere societatis obtainenda negotium jussi, vi quoque adhibenda. Donec omnibus effugiis superatis cogantur Anthedonenses consentire & societatem cum Thessalis inire, persuasi tandem & faciliore redditi.

Dixerat hec Proteus, & condidit aquore vultum,

Aimisitque suos in verba novissima fluctus.

Proteus, pro scena, quasi ex mari antea emersisset, Copacius senatus, Peleum, Pelethonios, affatus, jam undis iterum mersus: Copacis, Bœotis, fatis fuit, consuluisse Pelethronii, Magnetibus, pro colonia sua cum Anthedonensibusducenda.

Pronus erat Titan, inclinatoque petebat

Hesperium temone fretum, cum pulvra reliquo

Nereis ingreditur consueta cubilia fluctus.

Pro scena, noctis imago sole occidente, quando Theris in illud cubile, in specu laudato, se contulit, mari reliquo. Descriptio occasionis novæ, quando Anthedonenses, relictis fluctibus, five ex Bœotia profecti, denuo ad Pagasæos diverterunt, ubi velut sueta cubilia, suetaque commercia civilia. Nec enim tales fœderum & coloniarum tractatus uno semper die aut anno confecti & consummati, sed sœpe diu continuati, subinde renovati ac repetiti. Theris una *Nereidum*; colonia *Cheroneensium* in Bœotia, Anthedonem quondam delata.

Vix bene virgineos Petens invaserat artus,

Illa novat formas?

E 2

Nova

Nova illa tractandi & de foedere agendi causa. Cum Pelethonii de novo pertinarent Anthedonenses hospites in colonia Thessalicae societatem, Anthedonenses more veteri restitere, omni studio elabendi rursum adhibito.

Donec sua membra teneri

Sensit, & in partes diversas brachia tendit,

Per vim Pelethonii pertraxere Anthedonenses in foederis consensum: ut hi illis resistere amplius non valerent. Quæ vis nihil hic facit ad venerem, sed ad societatem civilem imperatam, castissima confederatione, et si difficulti, coactis ad foederis societatem Anthedonensisibus. Se dedidit Thetis, i. e. Anthedonenses permoti in colonia confensem.

Tum demum ingemuit.

Vitium Thetis, vim Thessalorum Anthedonenses, deplorare vidi, tacito jam utrorumque testo quo consensu.

Neque, ait, sine nomine vincis.

Persenserunt Anthedonenses, animo non ægro, latere consilium Copacorum, Protei, marini dei. Viētos se & superatos agnoverunt Anthedonenses, societatis novæ membra futuros tantum non invitatos, apud Pelethonios, Thessalos, Magnetos, Copacorum consilio & nutu: Civile illud fedus fore utile publicæ rei.

Exhibita est Thetis, confessam amplectitur heros,

Ei potitur votis, ingentique implet Achille.

Hoc a Poëtis prolixe cantatum connubium Thetidis cum Peleo nihil prorsus habet commercii cum venere, sed unico positum in civili foedatu juncto, pro una nova gente aut colonia junctim praestanda. Confondere in coloniam & fecundus Anthedonenses, hos sibi junxit Pelethonii, Pelei herois charaktere. Jam una ex utriusque gentibus natio. Pelethonii votorum suorum sic facti tandem compotes, nullo omnino hic veneris sensu, sed foederis nodo, civili tractatu. Sic *Thetis* impleta, gravida reddita, quando juncta illæ duas nationes *novam coloniam* ex sinu suo tandem porro instruxerunt. Et gravidam esse, cift in mythis poëtarum, ad coloniam mittendam cuncta apparare, eniti novam gentem, alio etiam alebagandam, Fœtus ille, aut filius, *Achilles*, non viri unius, sed novi iterum populi indicium: *Iolcensis* ex Pelethoniis & Anthedonensisibus *nova colonia* propagata. H *ἰολές* *Iolcos*, urbs inclita magnesiae, vicina Phthiotidi, in Thessalia. *Ingenis Achilles, δόλης* *Θετις*, *magnus*, pro populi illius, ex prioribus istis orti, cum annis celebritate, fortitudine & robore. Homero centies celebrante; accedente arguta allusione ad nomen regionis *Magnesia*, in qua *Iolcos* sita. *Magnus Achilles*, i. e. *Magnesia* natio, *Iolcensis*, *Magnum* colonia apud vicinos *Iolcenses*.

Omnia pura, casta, honesta, integra atque illibata, sine omni venere & voluptate, civili negotio, tractatu, foedatu, laudabilis scopo, in publicarum rerum emolumenta. Civilis inter gentes foederis negotia, non semper facilia, sed adeo interdum difficultia, & tenacia, ut ad publicas rei tranquillitatem aut commoda pax & populorum confederatio valida esset paranda manu. Civitatum & gentium hæres, non privatorum, publica rerum communium & integrorum populorum studia & facta, non personarum; consiliorum & prudentiarum argumenta. *J. A. 1719. d. 30. Sept.*

154892

ULB Halle

005 301 300

3




5b.


v3078

R

VD17



B.I.G.



Pars II

PROTEI CUM PHOCIS, CETIS,

De Carpathi insulæ & Coparum Bœotiæ
civitatis rebus antiquis:

In Philosophos & oratores, græcos, Judæos,
& Christianos:

In
Platonem, Plutarchum, Heraclidem Ponticum; Lucianum, Philostratum, Julianum; Philonem Judæum; Clementem Alexandrinum, Hieronymum, Augustinum; Bochartum; Cælium Rhodigirum, Natalem Comitem, Crœsium; Eustathium, Spondanum, De la Cerdæ, Ruæum, Græcos, Gallos & Hispanos Homeri & Virgilii interpretes:

Ex historia & geographia veteri, in bonarum literarum lucem:

recensente

A. MDCCXIX. mensē Septembri

HERMANNO von der Hardt /
Academiæ Juliæ Seniore
& Præpos. Mariæb.

Helmstadt,

Typis SALOMONIS SCHNORRII.

A. MDCCXIX.

n. 12.